 q; humane conditionis con
 siderans: quibus & inuita ac
 reluctantes ad culpam duci
 mur. & non uoluntaria delie
 ta uicti in lecebris frequenter
 committimus. diuersanob̄
 refugia proponeret. Sex ui
 + uelut metropolis cui adiacent alia quoq;

delicet urbium ut quo numero
 mundus formatus est eodem
 numero aduersus mundana
 uitia & saeculi huius naufragi
 a remedium prouideretur.
 Primum igitur remedium ut
 sicut boni propositi uiro cul
 pa inrepsit. is sine ulla conpe
 rendinatione. si perfectam
 uelit habere securitatē. ad
 ipsa rerum arcem omnium
 pperet ubi uerbu est dī in illo
 sinu patrio id est archano ac
 recessu dī ubi est ^{fons} sapien
 tię. unde p morte uite
 aeternę auriat potum mor
 tale. Secundū est reme
 dium. ut qui non potest
 cognitionē boni illius p
 libare. & tardior uel inge
 mioē uel fidei conprehensio
 ne. qm̄ ueloci mentis uigo
 re atq; ingenii acumine
 ad cognitionis summa contem
 ditur. facti opera dñi con
 sideret atq; ex his quae facta

sunt tanti contempletur ope
 ris auctore qm̄ ex his bonis
 quae sunt in constitutione
 istius creaturę. bona enī ual
 de sicut dñs dicit. bonū illud
 sumū atq; aeternū conprehen
 ditur. qui ordorerū que dis
 ciplina. que grā. Nonne his quā
 uis tardum ingenū dilige
 re auctore suum puocatur.
 Veni si parentes qui nos genu
 erunt amamus. quanto ma
 gis diligere debemus creato
 rem parentū auctoremq;
 nr̄m. Ergo operatoria uirtus
 dī. & si non uideatur tamen ex
 suis operib; aestimatur. Ope
 ratoremq; opera sua produnt
 ut intellegatur qui non con
 prehenditur. Unde & dñs ait.
 Si mihi non creditis uel operib;
 credite. Bona igitur & iā hec
 ciuitas adrefugium quae ae
 dificatoris sunt testificatur
 grām & affectū nr̄m excitat
 ut eius simus cupidiores. qui

tantā nobis fabricae huius uide-
 atur contulisse pulchritudi-
 nem. Tertius ordo est rega-
 lis potestatis contemplatio.
 ut subiciamur regi si non de-
 ferimus tāquā parenti. Me-
 tu enim p̄sidentis plerūq; sit
 oboediens potestati. qui ē salu-
 tis ingratus. Ut necessitatem
 sobrietatis agnoscat. qui nolu-
 it ac nequiuit grām pietatis
 agnoscere. Corrigit ergo
 necessitas quē pietas prouo-
 care debuerat. Haec sunt tres
 ciuitates trans iordanen per-
 fectioni prudentie adrefugi-
 um date ut primo culpā fugi-
 amus inductione animi con-
 formis ad imaginē dī. Ita enī
 creati sumus dicente dño. faci-
 amus hominē ad imaginem
 & similitudinē nrām. Haec er-
 go prime illius ciuitatis lex ē.
 Deinde si per fragilitatē carnis
 & mundum lecebras ita mentē
 nrām formare non possumus

reuerentia paterne generatio-
 nis & sedulitate prolis peccatū
 leuemus. Caritas enī multitu-
 dinem peccatorū operit. Qui
 ergo ad imaginē dī eē non po-
 tuerit sit ad plenitudinē ca-
 ritatis. Illa ciuitas culpa exclu-
 dit hęc soluit. Haec deniq; lex
 secunde ciuitatis. Dilige dñm
 dñm tuum ex toto corde tuo.
 & ex tota anima tua. & ex tota
 uirtute tua. sed si rursus
 angusti animi & minuti sunt.
 qui abundantia carita-
 tis & grām recipere
 non possunt. Habes
 tertiam caritatem ut diu-
 ne potestatis formido te
 sobrium faciat. et in flect-
 tat metus. et hęc lex ter-
 tiā & dñm dñm tuum ado-
 rabis et ipse soli seruias.
 Haec igitur p̄cipue uirtutes.
 & ideo paucorū non pluri-
 mum supra iordanen tran-
 sierunt. iordanes autem

descensio eorum dicitur. Qui
 descenderint ergo ex illis su-
 perioribus uirtutibus; ad hec in-
 teriora id est in quibus integri-
 tas. caritas. humilitas uacilla-
 uerit. habet propiora homi-
 ni refugia que petant. Utque
 obnoxii delictis & infelici uita
 sunt. non uoluntarius sperent
 dominum sibi reconciliari posse
 & se corrigi. si precepta sequantur
 caelestium testamentorum.
 quibus aut informamur ad in-
 nocentiam. aut reuocamur a
 culpa. He igitur intra iorda-
 nen euertentes sequentes sunt
 ut propitiemus nobis dominum. se-
 quamur que iubet. uitemus
 que prohibet. Sic ergo propiti-
 ande diuinitatis ambitio. se-
 quende preceptionis oboe-
 ditio. Interdicti per uaricatio-
 nis cautio. quibus propitiatoriam
 dei misericordiam & nomothe-
 ticen. eius prudentiam. uel
 institutorum obsequio. uel in-
 si ueniam petant sperent posse

terdictorum declinatione
 ueneremur. Quartum super est
 quoddam ortes summi sacerdo-
 tis ait. quia usque ad illud tem-
 pus erit in ciuitate refugii
 homicida ille donec moriatur
 sacerdos magnus. In quo se-
 cundum litteram heret inter-
 pretatio. Primam ipsam fugam for-
 tem magis quam equitate alicuius
 examinis definita. Dein-
 de in cauis paribus in pare uen-
 tus. Poterat enim fieri ut post
 homicide illius refugium
 sequenti die obiret magnus
 sacerdos. Quae autem sub in-
 cepto sententia. Ergo quia
 littera. que ramus spirita-
 lia. Quis est iste magnus
 sacerdos nisi dei filius uer-
 bum dei. Cuius aduocationem
 pro nobis habemus apud patrem
 qui exors omnium est uo-
 luntariorum & accidentium
 delictorum in quo consistunt
 omnia que in terra sunt &

que in celo. Vinculo enim uerbi
confericta omnia sunt. & eius
continentur potentia & in ip-
so constant. quoniam in ipso creatu-
rasunt omnia & in ipso inhabi-
tat omnis plenitudo. & ideo
omnia manent quia dissolui
illa non sinit que ipse confirma-
it quoniam in eius uoluntate consis-
tunt. Omnia enim quoad uult
suo imperio coherere & regit
& naturali concordia ligat.

Uiuat igitur uerbum dei. & maxi-
me in animis uiuat piorum.
nec unquam moritur plenitu-
do diuinitatis. Numquam enim
moritur sempiterna diuini-
tatis & eterna dei uirtus. Sane
moritur nobis. si nostra anima
separatur. Non quomorte
corrumpatur. sed quod dis-
soluatur atque exuatur me-
nis nostra ab eius conuincio-
ne. Mors enim uera est uer-
bi & anime separatio. Deni-
que statim incipit anima pec-

catis patere uoluntatis.
Habemus haec genera non ad
umbrata. sed expressa uir-
tutum in apostolo dicente deo.
Ita quod in me est propter sum-
& uobis qui rome estis euan-
gelizare. Non enim erubescio
euangelium. Virtus enim dei
est in salute omni credenti iu-
deorum primam & greco. Iustitia
enim dei in eo reuelatur. Id est
in eo qui credidit. Denique addi-
dit in fide ex fide sicut scrip-
tum est. Iustus autem ex fide uiu-
it. In quo igitur iustitia dei reue-
latur nisi in eo qui conformis
est imaginis filii dei. Habes pri-
mum preceptum ad imaginem.
secundum quia inuisibili dei pe-
cunia facta sunt intellegunt.
Id est sempiterna uirtus eius
& diuinitas. operibus eius
cognoscitur. haec est opera-
tor uirtus. Tertium de in-
periali potestate. quia uer-
bum dei regale est & iudiciale

seti.

& plenum iusticie sacerdotalis remuneratione & bonorum actuum & retributione malorum uenturi iudicium suum seruans. De quibus ait ap̄s. Scimus aut̄ qm̄ iudicium dī ē secundū ueritatē in eos qui talia agunt. Itaque qui ueritatē & iusticiam dī cognouit. non debet ea agere quae morte dignasint. Sequitur bonitas dī pp̄tiora utiq; de qua dicit. Audiuit bonitatis eius & patientia & longanimitatis contemnis. Ignoras qm̄ bonitas dī ad penitentiam te adducit. Id est debet te adducere. puocat te. ut qui ab optimo dī. sperare possis tuorum peccatorum indulgentiam. Non uult enim uincicare. qui ē paratus ignoscere. subtexuit etiam legis lationē id est nomotheticen. ut si quis contemplati

one diuine bonitatis resoluitur. & magis ad negligentiam quā ad penitentiam puocatur legem sequatur. Qm̄ & qui cūq; inquit sine lege peccauerunt sine lege & peribunt. & qui cūq; in legē peccauerunt p̄ legē iudicabuntur. Lex autē gemina. naturalis & scripta. naturalis in cor. scripta in tabulis. Omnes ergo sub lege sed naturalis. sed nonē omnium ut unus quisq; sibi lex sit. Ille autē sibi lex est. qui facit sponte quae legis sunt. quae tamen non solum scire uel audire perfunctoriae. sed etiam facere debemus. Non enim auditores legis iusti sunt apud dīm. sed factores legis iustificabuntur. Cognouisti etiam quae mala primum natura ipsa boni operis magistra ē. scis non furandum & seruum tuum si furtum tibi fecerit uerberas. & si quis ad uxorē tuā affectauerit per

sequendum putas. Quod ergo
 in alius reprehendis ipse com-
 mittis. Qui per dicit non furan-
 dum. furaris. Quid dicit non ad-
 ulterandum. ad ulteras. secu-
 ta est etiam lex que data est per moi-
 sen. Per legem autem agnitio pec-
 cati. Accepisti etiam quid de-
 clinares. & ea agis que prohi-
 bita cognoscis. Lex autem quid
 operatur nisi ut omnis mun-
 dus subditus fieret deo. quia
 non solum hebreo lata est. ue-
 rum etiam ad ueniam uocatur.
 que non excludit profilitum
 sed quia & lex. omni omnium po-
 tuit obstuere non potuit me-
 nte conuertere. ideo ultimum
 remedium post treme illius
 ciuitatis debebatur. in quo est
 refugium salutis ut mors
 principis sacerdotum ab omni
 nos mortis liberaret formi-
 dine. atque ex uere & metu. Qui
 est ille nisi de quo lectum est.
 Ecce agnus dei. ecce qui tollit

peccata mundi. Que proposuit
 deus propitiatorum perfidem in san-
 guine ipsius. ad ostensionem
 iustitie sue. Accipe autem quia
 ipse est princeps in aeternum. qui
 a alit temporales omnes sub pec-
 cato. Hic autem in per uariabile ha-
 bet sacerdotum. Omnes sub mox-
 te. hic autem semper uiuens. qui
 qui saluare alios potest ipse
 perire que admodum possit.
 Talis enim inquit nobis dicebat
 recta est elocutio. si quidem
 & apud eos qui uerborum & e-
 locutionum dilectum habuerunt.
 huiusmodi inuenitur dicen-
 te alio locum editiorum quam
 uictoribus; decebat. Quod de
 o non petenti. ut seruamus qui
 a apostolus naturalibus ma-
 gis quam uulgatis. aut secundum
 artem utitur uerbis. Talis
 ergo inquit nobis decebat
 princeps sacerdos. iustus. se-
 innocens inmaculatus. segre-
 gatus a peccatoribus; & excelsi

or celis factus. Hoc est igitur
 uerbum quod super celos habi-
 tans inluminat omnia. Unde
 & unctus naturaliter legitur
 ad dō patre. quia lumen est ue-
 rum quod inluminat omnē
 hominē. ueniens in hunc mundū
 Hoc est uerbum dī in quo est mag-
 num sacerdotium. cuius moy-
 ses in illo uestimento princi-
 pis sacerdotum indumenta
 describit intellegibilia. qd
 uirtutes sua induit mundum
 & tanquā eo amictus fulget
 in omnib; Induit & iam cog-
 nationē generis humani p
 huius corporis susceptionē
 & inenarrabilem caritatem
 infundens se omnibus spū. &
 plenitudine diuinitatis sue.
 De cuius plenitudine om̄s ac-
 cepimus. ut sciamus sup emi-
 nentē scientiæ caritatem
 xp̄i. & impleamur in omnē
 plenitudinē dī. Caput est
 enī omnium xp̄s. ex quo totū

corpus produetur. & mutua
 sibi connexionē coniungitur.
 incrementū sui aedificationē
 caritatis accipiens. Hoc est
 igitur uerbum quod super
 emineet. quod moysi in illius
 arce testimonii aedificatione
 dicit ei. Inmittis in arcem testi-
 monia que cūq; dabo tibi & fa-
 cies impositionē propitiatorū.
 & infra. Inpones propitiatoriū
 super archam desuper. & immi-
 tes testimonia que dabo. &
 innotescā tibi inde & loquar
 tibi desup. hoc est inde ubi
 super celos ē. ubi apud patrē
 est inde tibi loquar. Acceda-
 mus itaq; fidei suffragio sub-
 noxi. & eius remugis eleuati
 ad illā sedē gratiæ. fugientes
 hoc seculū & eius contagio-
 nem. Hoc est autē fugere
 abstinere a peccatis. ad simi-
 litudinem & imaginem dī.
 formā uirtutū adsumere
 & extendere uires nr̄as ad

imitationē dī. secundū mensu-
 rā nrē possibilitatis. Vir enī
 pfectus imago & gloria est dī
 Unde & dñs ait. Perfecti estote
 sicut & pater ur̄ qui in celis ē
 pfectus est. Hoc est igitur si-
 milē eē dī habere iusticiam
 habere sapientiam & in uirtute
 eē pfectū. Si enim sine pecca-
 to. & ideo qui peccatū fugit ad
 imaginē est dī. Non est igitur
 dubium. quod his qui a peccato
 abstinent & fugit. Unde & ap̄t̄s cla-
 mat. Fugite fornicationem.
 Persecuntur enim nos peccato-
 rum inlecebre. psequitur li-
 bido. Sed tu fuge tanquam
 furiosā dominā. que si con-
 p̄henderit nec die nec nocte
 requiescere sinit. Exagitat
 ur̄ incendit. fuge auari-
 tiam. ne te ulterius conp̄hen-
 dat. fuge p̄fidiam. ne te
 suis inuoluat retib; Unde
 & dñs ait. Cum aut̄ p̄se-
 quentur ^{uos} in ciuitatē istam

fugite in aliam. Quod si in aliam un-
 psequentur uos fugite in aliam un-
 Amendico uobis non consumma-
 bitis ciuitates isrl̄. donec ueniat
 filius hominis. & enim quā uis
 propter infirmitatē carnis.
 fugam nobis suadere uideatur.
 tamen melius fugit qui fugit
 in lecebram saecularem. ut non
 teneatur diuitiarū suarum.
 sollicitudine non thesauri con-
 templatione. non uice istius seu-
 piditate. sed directa animi in-
 tentione festinet ad gloriam
 regni celestis. properet ad coro-
 nam. ne terrenorū contutu
 a sui corporis passione reuo-
 cetur. fuga ergo mors est
 uel celebrata uel adumbrata.
 & forte illas & promittit refu-
 gi legitimis ciuitates. ut con-
 fugiamus ad uirtutū culmina.
 quas pro premis bono fene-
 toria libi dispensat dicens.
 Quia in modico fidelis fuisti.
 Eris potestatē habens super

xciuitates. Lex quinq; nouit
 ciuitates. sed quia legem imple-
 uit. qui potuit dicere. Non
 ueni legem soluere sed imple-
 re. Perfectione numerum
 remunerationis indulget.
 Non ergo erubescamus fugere.
 gloriosa enim haec fuga est
 fugere a facie peccati. sic fu-
 git iacob matre suadente.
 dixit enim rebecca. exurgens
 fuge in me sopotamiam. sic
 fugit & moyses a facie regis
 farao. ne eum aula regia coin-
 quinaret. ne iniret potentia.
 Deniq; preciosius aegypti
 diuitis. aestimauit obprobri-
 um xpi. sic fugit & iam dauid
 a facie regis saul a facie ab-
 salon. Deniq; fugiens ad-
 debat incrementa peccati
 qui & insidiatori peperit &
 parricidæ salutem rogauit.
 sic fugit & populus hebreorū
 ut fides eius & uita. inter fluc-
 tus sibi aperiret uiam. fuga

illa erat trames innocentiae
 uirtutis uia. peccati adsump-
 tio. Audeo dicere. sic fugit
 & ionas inter sis. non corporis
 fuga. sed mentis ascensione
 cuiusq; ad xpi ascendit simi-
 litudinem. ut fieret & typus xpi.
 Sicut enim fuit ionas in uentre
 ceti tribus dieb; & tribus noc-
 tib; sic erit & filius hominis
 in corde terre trib; dieb; & tri-
 bus noctib; Nam si sic non fu-
 gisset numquam de uentre ceti
 esset auditus. Sed si dubitas
 doceat te rebecca quam bea-
 ta sit fuga quam suscepit iacob
 suasisit rebecca. Fuge inquit
 in me sopotamiam & isaac dicit.
 Surgens uade in mesopotami-
 am in domum patuhel in humis
 uel oraculis aplerisq; ut ante
 nos scriptum est. Patuhel sa-
 pientia dicitur. Interpretatione
 aut latina. filiadi significatur.
 In domum ergo sapi-
 entiae mittitur iacob. & acci-

pere admonetur uxorē a filia
 bus Laban. qui habitabat in char
 ris. quod significat cauernas
 in quib; species est qui sunt tā
 quam in cauernis corporis ut
 uisus in oculis. auditus in aurib;
 odoratus in narib; in ore sapor.
 Qui enim delectatur hoc mundo.
 & tripudiat in uoluptatibus
 corporis. obnoxius ē sensuum
 passionib; atq; in his habitat
 & de uer satur. Unde ei dicit
 rebecca. Habitando paucos di
 es cum illo non multo tempo
 re nec corporeis color & ur
 uoluptatib; & seculi capiatur
 in lecebris. Persuadit autem
 habitare ut discat studiosus
 discipline uirtutis sensuum.
 & uelut situs quosdam carnis
 atq; regionis ut se cognoscat
 & nouerit uehementiam carnis
 quid & qua causa creatum sit.
 Quem admodum unusquisq;
 sensus operetur. Qui uiderit
 inquit mulierē ad concupis

cendum eum. Male sic uidet & oeu
 lus. uideat ergo oculus ut fun
 gatur suo munere non lubri
 ce mentis imperio dirigatur
 ad lapsum. ut uirtutum referat
 pro officio. Breue ergo tempus
 ad cognoscendos sensus uel
 potius experiendo datur.
 & fortasse tenerioris adoles
 centiae. Prima exordia stati
 que reuocatur. ne diutius ta
 tub & in lubrico. & diuina
 quadam mundatione corpo
 ris. huius saeculi mer sentur
 animi interiora uestigia.
 Cum aut uel expertus fuerit uel
 steterit in instabili & incerto
 atq; humido solo. reuocatur
 a matre patientia uel perse
 uerantia que dicit. Mittam
 ad te & accersiam te inde.
 Ut & illic in lubrico tutum por
 tum inuenias sapientiae. que
 te non sinat tanquā in nau
 fragio fluctuare. & reuersus
 perseverare circa di noueris

cultum & sis inconuenientum
 gentium significans eius fi
 dem ecclesiā gentiū congre
 gandā. His igitur patientiam
 fructus. & p̄seuerantia discipli
 nis p̄fectus iacob copulā sibi ad
 quisiuit de sapientia & domo. con
 sorte p̄positi. opimā dote pru
 dentia cū qua uite tempora
 sine ulla offensione transcur
 reret. Audito igitur thens
 auro sapientia uariarum
 ouium sibi instituit gregē
 sed illum rationabilem uirtu
 tū plurimarū diuersitate ful
 gente. Unde & iactantia car
 nis eius recidit. quod signifi
 cat femoris stupor saluasa
 cri interpretacione misterii.
 His ergo uirtutib; uel gradib;
 quibus dā mens eius ascendit
 in caelum. & dī secreta cogno
 uit. & confirmatus ē & re
 platus ut laban scrutans do
 mum eius nihil apud eum in
 ane. nihil uicū reperiret

nulla simulacra. nulla effigie
 uanitatis. Non enim erat apud
 eum imago sed ueritas. Non
 effigies ignauiae sed solida for
 ma iustitiae & uis uirtutis ex
 pressio. Intellegibilis itaq; la
 ban p̄strutatus est domū eius
 spiritale. & inuenit effigies.
 Plena enī erat non figurarum.
 sed negotiorū. Potius s̄c̄ autē
 inuenire fundamenta uirtu
 tum & culmina. nisi cecitate
 cordis & perfidie mentis cali
 ginem detulisset. Deniq; ea
 improbitatis cecitate suffu
 si mentē sodomitae. ostium
 nequaquā sc̄i loth inuenire
 potuerunt. Unde enī mens
 impia uidere potuit uis sc̄i
 uel exitum uel ingressū. Ipse
 quoq; dñs in euangelio ait.
 Venit enī huius mundi prin
 cept̄ & in me inueniet nihil
 Quomodo nihil inuenire potu
 it in eo in quo plenitudo diuini
 tatis habundat & habitabat

Defuga

corporaliter. de quo uirtus
exibat & sanabat omnes. Quo
modo nihil inuenire potuit
in soliditate uirtutis uber
tate sapientie. integritate
iustitie. Ipse dixisti. dñe plen
sū. Ipse dixisti mitte manum
tuam in latus meum & nolies
se in cretulus sed fidelis. Mi
sit manū qui non credebat
& dñm te & dñm repperit. Non
ergo tu uacuis. sed ille cecus
inanis princeps istius mundi.
qui nescit nisi sua cernere nes
cit nisi sua inuenire. Ea que
xpi. nescit agnoscere. aut si
sic quem admodū pleriq; ha
bent. non inueniunt in menhil.
Hoc ē non inueniunt in me malitiā.
quia malitia nihil ē. Non inue
niet mortuum. quia mortu
us non est. sed quomodo eo
mortuum repperiret. qui
uiuificat mortuos & uocat
que non sunt tanquā que sunt.
Non inueniunt inquit peccatū in

+ que pater habet sic ipse ait
me qui mundi peccatū abstuli.
Quomodo enim nihil habet. qui
omnia habet. & quod plus est om
nia habet. mea sunt. Fugiamus
ergo hinc. ubi nihil est. ubi na
ne omne ē quod eē magnificū
putatur. Vbi & quis eē putat
eē aliquid nihil ē & omnino non
est. Vidi inquit impium super
exaltatū & eleuatū. ultra
cedros libani & transiui & ecce
non erat. & tu transi sicut da
uid. transi sicut bonus seruus.
ut dicatur tibi transi recumbe.
Transi sicut moyses. ut uideas dñm
abraham. isac. & iacob. & uideas
uisū magnū. Hoc ē uisū magnū
sed si uidere uis solue calciam
tum pedū tuorum. solue omne
uinculum iniquitatis. solue uin
culum seculi relinq; calcia
mentum quod terrenū est.
Ideo ih̄s sine calciamento. auro.
& argento. aptos destinauit.
ne secum terrena portarent.
Qui enim bonum querit. non in cal

ciamento. sed impediū ueloci
 tate & decore laudatur.
 Dicente scribura. quam speci
 osi pedes euangelizantium
 pacem. euangelizantium
 bona. solue ergo calciamen
 tum pedum tuorū. ut speci
 osi sint ad euangelizandum.
 solue dixit non liga solue ut
 transeas. & illum quē mira
 baris interra impium nihil
 illie eē nihil pos se repperias.
 Transi igitur. hoc est fuge de
 terris. ubi malitia est. ubi aua
 ritia. Ideo dicit tibi dicit.
 Declina a malo & fac bonum. de
 clinare fugere ē utiq; malū
 aut̄ interris. bonū in celo est.
 Unde & addidit. Inquire pacē
 & sequere eā. Pax in celo ē. De
 niq; de celo ueniens dixit.
 Pacē meam do uobis. pacē meam
 relinquo uobis. Ergo quia fugi
 enda & declinanda sunt mala.
 mala aut̄ interris. interris
 iniquitates. Fugiamus ter

rena. ne nos comprehendant
 iniquitates. que & iam sem̄
 dā comprehenderunt. sicut
 ipse testatur dicens. Compre
 henderunt me iniquitates
 mee & non potui uti uiderē.
 Et quod fumo iniquitatis oeu
 lus anime ex catur ne uideat
 que sunt lucida. Sic ergo & la
 ban bona iacob uidere non po
 tuit. & princeps mundi glo
 riam xp̄i. sed forte dicas. Cur
 igitur iacob ad laban missus ē
 si laban reprehensibilis. si non
 consideremus. candidus dici
 tur latine ergo ad splendidi
 ora iacob iubetur egredi.
 sed quia carnalis erat. meli
 us intellegimus splendidi ora
 uitae huius. Quasi non dum p
 fectus primo ad eum uadit
 apud quē adorā & cultare & in
 luce eius. filios aut̄ deterio
 res habebat id est tolerabili
 us nomen quā opera. & ideo
 & matris consilio & diuino.

oraculo & ipsius iacob amato-
 ris discipline uoluntate ci-
 to deseritur ac derelinquitur.
 Abscondit autē simulacra scā
 rachahel. id est ecclesia uel pru-
 dentia. quia ecclesia inanef-
 deas & uanas nescit simulacro-
 rum figuras. sed uerā nouit
 trinitatis substantiam. Dem-
 q; umbram aboleuit. splendo-
 rem gloriæ manifestauit.
 // Relinquamus ergo umbram
 qui solem querimus deseramus
 fumū qui lumen sequimur.
 fumus iniquitas ē. quia sicut
 fumus oculis sic iniquitas uti-
 nitib; ea. umbra uita ē. Umbra
 enim ē nrā haec uita in terra
 sicut iob dicit. Quid autē hic
 nisi temptationes. Omne tem-
 pus in sollicitudine. omnis
 uita in molestis. in medio la-
 queorum inquit ambulabis.
 & alius. In uia qua ambulabā
 extentos sibi sed absconditos
 laqueos que rebatur nec dep-

hensos caueret. Volebat fuge-
 re sicut passer sed adhuc laque-
 us contritus non erat. Perit
 inquit fuga a me. grauiatas
 habebat pennas pillantene-
 brosam aquā in nubibus aeris.
 & fortas se uolare non poterat.
 Deniq; pennas illas quaerebat
 accipere. ut euolare & requi-
 esceret. sicut scriptū est. Quis
 dabit mihi pennas sicut colum-
 bae & uolabo & requiescam.
 Vbi enim uolatur ibi requies.
 Deniq; alibi dicit. Sidor inanis
 inter mechos clerof penne
 columbe de argenteitate. Sed
 fortas se dicas. quomodo ergo
 hic dicit fugam a se perisse qui
 supra dixerat. si sumpsero pin-
 nas meas ante lucem. Numquid
 contrarium ē. Absit. Multa
 enim iustorū certamina. Num-
 quid semel athleta luctatur +
 quotiens qui sepe uicerit in-
 terdum fluctuat & incerto
 haeret & sepe fit ut fortibus
 + quotiens post coronas multas uincit
 in alio certamine.

fortis congregiantur. maior
 raq; oriantur certamina ubi
 maiora uirum documenta
 Ergo dauid ubi fugam querebat
 ut euaderet aduersarium & n̄
 inueniebat pennas suas antea
 p̄ti fluctuabat certamine
 siquidem ubi impotestate habet
 pennas suas. titulus psalmi in
 fine ē. Idest ad perfectionem
 & consummationē uictorie. De
 niq; quasi uictor dicit. Dñe pro
 baste me & cognouisti me. tu cog
 nouisti sessionē meā & resur
 rectionē meam. Merito habe
 bat facultatem uolandi. qui
 pennas resurrectionis accepe
 rat. hic autē adhuc in spelunca
 est. idest in carne in antro quo
 dam istius corporis. Cū rege
 saul filio durit̄is & intellegibilis
 illius principis potestate decer
 nens. qui non uidetur sed intelle
 gitur. Unde & psalmi titulus in
 tellectus ē. Quē tamen dauid po
 situs in carne conclusit. sed ut

concluderet rogando meruit.
 Deniq; a uoce p̄cationis coepit.
 Adde illud quod ille ex perso
 na saluatoris psalmus dicitur
 iste ex persona d̄i qui in potes
 tate non habebat uictoriā.
 sed sperabat a xp̄o. Et ipse ta
 men postea quae expandit
 ad dñm manus suas tamquam
 pennas anime sue. & confugit
 ad dñm & sp̄s sc̄i deductionē
 poposuit. quod cognosceret
 uiam p̄ quam posset ascendere.
 Inclinari uidit celos. ut xp̄s
 descenderet. & rogauit ut le
 uaret eum in manus sua. aut
 forte ideo pennas suas iam
 non querebat. quia perfectior
 factus manū xp̄i deside
 rabat. qui uult igitur manu
 xp̄i leuari. ante ipse uolet.
 habeat pennas suas qui fugit
 seculum. Pennas habet & si
 suas non habet. non forte ille
 solus habeat suas qui potesta
 tem habet uolandi. si suas

in quā non habet accipiat.
 Qui fugit ergo seculū uolat.
 Ecce inquit elongauit fugiens
 & mansi in solitudine. Euo-
 lauit ergo dauid sicut nycti
 corax in domicilio. sicut
 passer singularis in domici-
 lio. Si autē ad xpm referas.
 euolauit in corporis passio-
 ne ut sub umbra alarum sua-
 rum protegeret populos nati-
 onum. Euolauit diuinitate
 mansit corpore atq; habita-
 uit in deserto ut plures fie-
 rent deserte filii. quae eius
 quae habebat uirū. Illud ergo
 corpus sequamur. ut & nos
 resurgamus. Vbi enim cor-
 pus: ibi & aquile. Qui non po-
 test ut aquila euolare: uoli-
 tet ut passer. Qui non potest
 ad caelum uolet ad montes.
 fugiat ante uallestria qua-
 cito corrumpuntur umore
 & ad montes transeat. Tran-
 sicut ad montē: segor nepos

abrahe & saluus factus est.
 Quae autē non potuit ascende-
 re. affectu femineo reclinata
 salutem amisit. Ad propinqua-
 te montib; aeternis. dñs dicit
 p̄ micheā pphetā. surgite hinc
 quia non est uobis haec refrige-
 ratio propter spurritiā. Cor-
 rupti estis corruptione: per-
 secutionē passi estis: & dñs dicit.
 Tunc qui in iudea sunt fugiant
 in montes. Vbi mons sion & ciui-
 tas pacis hierusalem non ter-
 renis sed uiuis constructa la-
 pidibus. & decem milia ange-
 lorum primitiuorum ecclesia.
 p̄ fectorū sp̄s. iustorum dñs.
 qui in sanguine suo melius
 locutus est quā abel. Ille enim
 uindictam clamat. hic indul-
 gentiā. Ille peccatū fr̄s accu-
 sat. hic peccatū mundi remi-
 sit. Ille prodit crimen. hic
 texit. secundū quod scribitur.
 Qui beati. quorū tecta sunt
 peccata. sed qui fugit uelo

citer fugiat ne comprehendatur
 uelociter deperdetur hunc mun-
 dum ut hebreus aegyptum qui
 parturit pariat ne uulso &
 de gatto iniquitatibus mentis
 utero fugere non possint.
 & fugiat non quasi lactante
 ferens. sed quasi expeditum.
 non paruulum gestans. sed per-
 fectum in xpo exhibens. fugiat
 non quasi feriat in sabbato.
 sed tanquam operarius in nego-
 tio. Ne tanquam sterelis in fri-
 gore. sed tanquam opimus in
 messe. Ideo enim dictum est. Ora-
 te ne fiat fuga uera hieme uel
 sabbato. fuga ergo fecunda
 uirtutum est non effecta me-
 ritorum. Fuga hęc nec est fri-
 gus timoris tremore mortis
 contractione sollicitudinis.
 Dissolutionis otia lasciuiae fe-
 rias. torpore lenitudinis. sed
 uite celestis requirit in pigrum
 uilatore. regni superioris con-
 pettorem. strenuum diuitum

agricola. qui fructus suos cogat
 & cogendo diripiat. Quid enim
 aliud acce homo queritur.
 nisi ut timeas dnm requiras eu.
 post ipsum ambules. comprehendas
 uias eius. In quo inquit compre-
 hendam dnm. si comprehendam in ho-
 locaustus. Non indecē milibus
 hedorum non in milibus arietum.
 Non in fructibus impietatis recon-
 ciliatur dñs. & peccata redimun-
 tur. sed in bona uita dñi gratia
 comprehenditur. Renuntiatum
 ē inquit tibi homo quid sit bo-
 num. aut quid dñs exquirat acce
 Quid aliud. nisi ut facias iustitiam
 & diligas misericordiam & para-
 tus sis ire cum dño tuo. Dicit tibi
 ergo euangelium. surgite
 eamus hinc. dicit tibi lex. Post
 dnm dñm tuum ambulabis. Did-
 cisti quomodo hinc fugias quid
 moraris. Dicit tibi euangelium
 iterum Progenies uiperarum
 quis uobis demonstrauit fuge-
 re ab ira uentura. & dicit hoc

Defuga

illis qui ueniebant ad baptis-
mum penitentiae. Ergo pen-
nitentia fugae est bona. grati
adi fugae bona. in qua est ad-
sumptio fugientis. Desertum
fugae bona ad quod fugit he-
lias. heliseus. iohannes baptis-
ta. fugit helias mulierem seza-
bel. id est effusionem uanitatis
& fugit ad montem coreb. quod
significat exsiccationem ut sic
caretur in eo carnalis proflu-
uium uanitatis. & cognosceret
plenius dominum; Erat enim ad corren-
tem chorad. quod est cognitio.
ubi abundantiam profluentem
diuinae cognitionis hauriret.
Ita fugiens seculum ut nec cibum
corporis huius exquireret nisi
quae a ues detulis sent ministris.
Quamquam esca eius plerumque terre-
na non fuerit. Denique xl diebus
in uirtute escae quam acceperat
ambulauit. Vtque non mulie-
rem fugiebat perfecta tantus.
sed hoc seculum ac mortem ^{nec}

mebat qui se obtulerat requi-
renti & quid dicebat ad dominum reci-
pe animam meam. Tedium uite ista-
us sustinens non cupiditatem.
sed fugiebat saecularem inlece-
bram & conuersationis maculo-
se contagionem & impie ac pre-
uaricatrici nationis sacrilegi-
a. Salomon quoque in mulieris
illius specie corruptelam saeculi
huius exponit. & meretricias
artes declinandas edocet.
Haec est mulier aliena & formi-
caria a quate ut custodias ad-
hortatur. Nec declines ad uas
saeculi cortuum. sed conloce
illud in manu domini in qua est cor-
regis. Qui enim se ipsum regit
quod plurius est quam alius impera-
re. cor eius in manu est dei & quo-
uult deus conuertit illud. Non
mirum si conuertit in bonum
qui perfecte bonitatis est. In
manu ergo dei simus. ut bonum
queramus. Illud bonum incor-
ruptibile atque immutabile

de quo dicit amos propheta.
 Exquirite bonū & non malignū
 ut uiuatis. & sicut uobis eum
 dñs dñs omps. Quomodo dixistis
 odio habuimus mala & dilexi
 mus bona? Vbi ergo bonus dñs
 ibi bona sunt. Quae desiderauit
 uidere dauid & iusurum secre
 didit sicut ait ipse. Credou
 dere bona dñi in terra uiuen
 tium. Illa enim bona sunt quae
 manent semper. quae non que
 unt temporis uel aetatis mu
 tatione corrumpi. In illis bo
 nis est quid dñi quae si uerit. & in
 uenerit. Vbi enim cor hominis
 ibi & thesaurus eius ē. Non enī
 solet bonum datū de p̄cantib;
 dñs denegare. Ergo qui abo
 nus dñs est & maxime susti
 nentib; se bonus est. ipsi ad here
 amus. cum ipso simus tota ani
 ma nrā toto corde tota uir
 tute. ut simus in lumine eius
 & uideamus eius gloriam et
 & delectationis sup̄ ne frua

mur grā. Ad illud igitur bo
 num erigamus animos. & in ip
 so simus atq; in ipso uiuamus
 ipsi ad hereamus quod est su
 pra omnē mentem & omnē
 considerationē. & pace utitur
 perpetua ac tranquillitate.
 Pax autē supra omnē mentem
 & supra omnē sensum. hoc est
 bonum quod penetrat omnia.
 & omnes in ipso uiuimus atque
 ex ipso pendemus. Ipsum autē
 nihil supra se habet. sed est di
 uinum. Nemo enim bonus nisi
 unus dñs. Quod ergo bonum di
 uinum. & quod diuinum bonū.
 & ideo dicitur. Aperiēte te
 manū ^{bumur} imple. omnia bonitate.
 Per bonitatem enī dī nobis uni
 uersa tribuuntur. merito
 bona quibus nihil admodum
 est mali. Haec bona promittit
 scriptura fidelibus dicens.
 Quae bona sunt terrae mandu
 cabitis. Boni ergo illius simi
 les simus. ut quae bona sunt adi

piscamur. Bonū quod est sine
 iniquitate ē sine dolo. sine as-
 peritate cū gratia. cū pietate
 cum sinceritate & beniuolen-
 tia caritate iusticia. Itaque
 omnes uirtutes bonitas. tam
 quā mater fecunda amplex-
 titur. Est igitur non medi-
 ocris causa cur hinc fugere
 debeamus. ut perueniamus
 a malis ad bona. ab incertis
 ad fidelia & plena ueritatis
 a morte ad uitam. Ipse quoq;
 dñs dicendo posuit ante te bo-
 nū & malum uitā & mortem
 demonstrauit. quia bonum
 uitā ē sed aeterna. Si enim
 haec obnoxio saeculo atque
 eius malignitati. utiq; illa ē
 bona quae non corrumpitur
 & mutatur. quae nullo uitio
 degenerat. quae uirtute ad-
 quiritur. fugiamus ergo ma-
 litia saeculi eius in quo dies ipsi
 inquit mali sunt & fugiamus
 in pigre. Ideoq; esaias clamat

Conualescite manus remissae
 & genua dis soluta. Idest non
 corpori sed anime genua con-
 ualescite. ut directū ad caeli
 altis sima mentis uestigium
 possit attolli. ut sit doctus
 solidior ut amaturior. gratia
 plenior. prudentia circum-
 spectior. Hoc est enim fugere
 seire quotendas. ab leuare
 se a saeculo. ab leuare se a corpo-
 re. Ne iterū frustra se aliquis
 extollat & inflata mente car-
 nis suae & non teneat capud
 & dicatur de his fugerunt &
 non uiderunt. Sed hoc est fu-
 gere hinc mori elementis isti-
 us mundi. abscondere uitā in
 do. & declinare corruptionis
 non attaminare cupiditates.
 ne scire quae sint mundi istius
 qui nobis uarios nungit dolo-
 res & inanit cum repleuerit
 cum exinanuerit replet.
 & haec omnia inania & uacua
 in quibus nullus solidus ē frue

tus. Mortuus ē diues & nihil
 habet quia non est in dñm diues
 & ideo insipiens. quia sapientia
 cultura ē dñi. abstinere autē
 amalis est disciplina. Quis ergo
 non fugiat malitiæ locum.
 officina improbitatis quæ in te-
 rre nesciatur. Deniq; non o-
 tiose signum positū est supra
 cain ne quis eum occideret
 ut significaretur quod non
 extinguatur & auferatur
 ex terris malitia. Timebat ca-
 in ne occideretur. quia fuge-
 re nesciebat. Augetur enim
 & cumulat in ipso usu malitia
 & ē sine moderatione sine fine
 dolo & fraude decernens que
 factis suis proditur & sangui-
 ne pemptorem sicut & cain
 proditus est. Versatur itaq;
 inter malitia. atq; istie erat.
 & ideo rogamus uoluntate dñi
 fieri in terris sicut & in celis
 ut & hic sit innocentia. Itaq;
 malitiæ qm̄ illic iam locum

non habet. hic circuit. hic se-
 ut seseq; effundit. non mun-
 dano illi mors ad diluuiū non so-
 domitano exusta incendio.
 Deniq; grauius postea in semi-
 nariis pullulauit usq; in ipsū
 parricidales ac sacrilegas in-
 ciens manus uniuersorum
 auctorum salutis. Lex factum
 dñat non auferit malitiam.
 Ipse dñs ih̄s peccatū donauit.
 auctore eius distulit ut eēp
 que iusti pbarentur. & enim
 quia malū dñs non fecit. & ne-
 quitia diaboli inseruit. Vin-
 dictā dñs distulit. ut ab ipsis
 quos deceperat diabolus uin-
 ceretur. Exercentur ergo de-
 cepti ut & p̄cium luant faci-
 litatis & sumant studia uir-
 tutis industriā cautionis.
 Unde ait. Estote astuti sicut
 serpentes. Quare sicut serpen-
 tes. Ut & ille spoliatur suo
 & quia alios exuere uoluit a-
 mittat quæ sunt ipsius. n̄

uenena sed merita natura
Deniq; deicitur ille cū tuas
cenderis. scriptū est enim

Videbam satanam sicut fulgur
cadentem de celo. Non fulgor
inquit sed fulgur. quia suū
lumen amisit quod habebat
antequā tibi tuum lumen
uellet auferre. Verū forte
dicar. quia & de saluatore le-
gimus. Quia sicut fulgur co-
ruscans de sub celo. ita erit
& aduentus filii hominis.

Bene & hic sicut fulgur. qui
a hic supra fulgur. Deniq;
fulgur de sub celo lumen
autē uerū supra celū. Ergo
satanas sicut fulgur. quia
misit quod habuit. tu autē
recipisti quod amiseras.

Non enim ita circa illū sicut
circa te soluta est sententia
Nam xpi grā que tibi resolut
illū adstrinxit. Manet
enim maledictio directa in
serpentem. propter tuā de-

ceptionē. sicut enī dictū est ad
eum. Male dictus tu ab om-
nibus pecoribus terre. Om-
nium enī communis inimicus
ē. qui fuit hostis bonorum
& pro his damnatur quos ad
huc non leserat. quō qui homi-
nem lesit euilla subiecta om-
nia sunt. lesit omnia. Comu-
nem & enī legē soluit. quia
& ipse homini cum ceteris sub-
ditus est. Ideo communis odi-
o atq; execratione omnū
maledictio eius oneratur.

Genus autē dānationis. non
mors sed poena diuturna est
Suppectus inquit tuum & uen-
trem ambulabis. Pre mēda
enim fuit noxia conscientia
& proterenda malitia fraudu-
lentūq; secretū tamquam
adī facie religandum. simul
ostenditur quod terrena
malitia est que in terram
recuruet. Deniq; addidit
& terram edes omnes dies ui-

feti.

tetue describitur quidem his natu-
 ras serpentis uidetur. sed magis
 omne malitie uas describitur
 omnes serpens improbitatis qui
 in uentre sedeicit atq; intrase
 uenenu suum claudit & intus
 inpectore suo uoluit cogitati
 onibus suis lubricus. & sup frau-
 des suas ambulans. suis dolis se
 ipse implicans mouens semper
 atq; exagitant sua uenenacu
 cogitat. Ventrē quoq; hoc est
 seminarium cordis sui protere-
 ns. Vnde pulchre dicitur ait.
 Alienati sunt peccatores. ab ute-
 ro errauerunt a uentre locuti
 sunt falsa. furor his secundum
 similitudinē serpentis. sicut
 aspides surde & obstruentis au-
 res suas. que non ex audie & uocē
 inuitantium. & uenefici qui inui-
 tantur a sapiente. Propter hoc
 & iam illud pulchre dicitur uide-
 tur quod in libro prophetico
 legimus. Ventrē meū doleo
 uentrē meum. quia ibi est ma-

litia. ubi debet esse innocencia
 & illud plus laborat quod inno-
 bis ~~debet esse~~ debet esse tran-
 quillius. atq; id nequitię mesti-
 cus proculpatur. stimulatur
 unguibus pcessu quodā inpro-
 bitatis incrementoq; concutit.
 ubi est genitale seminium post-
 teritatis eterne. Videtur qui-
 dem hoc ad idē referendum.
 quod dolebat peris se quos cre-
 auit filios & suscepit. sed multo
 magis. quod in uentre suo uer-
 bi seminarium non habebat.
 Ideo uentrē suum dicit quasi p-
 ciosissimū. Preciosus enim men-
 tis uterus ē. in quo fecunda
 seges consiliorū uerbi semine
 pullulare consuevit. & uitae
 totius solent atq; uirtutū ac
 disciplinarū quaedā membra for-
 mari. sed ut reuertamur ad
 propositū. quod malitiam dī
 reprimendā inter un quam
 abolendā putauerit ait ad
 serpentē. & inimicitias ponā

inter te & inter mulierē & in
 ter sementiū & semillius. Ipse
 tibi seruabit caput & tu illius
 calcaneū. Vbi enim inimicitiae
 sunt. discordia ē nocendiq; stu
 dium. Vbi nocendi studium. ibi
 malitia ponitur. Ergo discor
 dia inter serpentē & mulierē.
 discordiam malitiae subest. Non
 ē ergo sublatam malitia. Deniq;
 seruātū est serpenti ut calca
 neum mulieris & semineius
 obseruet. quonoccat & uene
 nū suum infundat. Non ergo
 ambulemus in terrenis. & ser
 pens nob nocere non potuit.
 sumamus euangelicū calcia
 mentū quouenenum serpen
 tis excluditur. morsus eius
 hebetatur. ut simus calciati
 pedes in euangelium. & for
 tas se ideo moyses iubetur
 soluere calciamentū pedū suōꝝ
 ut sumeret calciamentum
 euangeli. Vel quia in omnoꝝ
 si id est non prophetis. sed apłis

p̄dicatio euangeli debebatur.
 Haec est quā supradiximus dicta
 in serpentē sententia in homi
 nē quoq; cuius modi directa
 sit consideremus. Maledictus
 ē ille qui auctor ē culpe. sed n̄
 est maledictus iste qui aliena
 fraude deceptus ē. Tamen
 quia non seruauit mandatum
 dī operū suorū labore damna
 tur. Male dicitur sanete terre
 sed in operib; peccatorib; & male
 dicitur donec resoluat in terra
 Ideo ergo suscepit ih̄s. Carnē
 & maledictū carnis peccatrici
 aboleret. & factus ē p nobis ma
 ledictū. ut benedictio absor
 beret maledictionē integri
 tas peccatū. indulgentia sen
 tentiā uitamortē. Suscepit
 enī & mortē ut impleretur
 sententia. satis fieret iudici
 to maledictū carnis peccati
 cis usq; ad mortē. Nihil ergo
 factū est contra sententiam
 dī cum sit diuine condicio

impleta sententia. Maledic-
tum enim usque ad mortem post
mortem gratia. Mortui ergo
scto sumus. quid adhuc uitae
huius actus requirimus. Mor-
tem xpi in corpore nro circum-
ferimus. ut & uitam xpi in nobis
manifestetur. Non ergo iam
nrām illā uitam. sed xpi uitam
uiuimus. uitā innocentiae. uitā
castimonie. uitam simplicitatis
omniumque uirtutum. Cū xpo
resurreximus. in ipso ascenda-
mus. ut serpens calcaneum nrām
quod uulneret interrenis repe-
rere non possit. Fugiamus hinc
Potest animo fugere & si retine-
ris corpore. Potest & hic eē & ad
eē ad dnm. si illi adhereat ani-
matuā. si post ipsū cogitatio-
nibus tuis ambules. si fide non
spetis uias eius sequaris. si ad
ipsū confugas. Est enim refu-
gium & uirtus cui dicit dauid
Ad te configi & non sum decep-
tus. Ergo qui ad dē est refugi-

um. dē autē in celo & supra celos.
Vtiq; hinc illo fugiendū est. ubi
pax ubi requies ab operibus; ubi
epulemur sabbatū magnum.
sicut dō moyses. & erunt sab-
bata teris uobis escē. Epula-
torum enim & plenum. iacundi-
tatis & tranquillitatis. Est re-
quiescere in dō. & eius delecta-
tionē uidere. Qui ergo confu-
gimus ad dnm ad mundū reuer-
temur. Qui peccato mortui
sumus. peccata repetemus.
qui renuntiauius seculo &
usui eius. iterū in luto eius he-
rebimus. Fugiamus hinc quia
tempus breue ē. Audi quomo-
do fugiamus. & qui habent
uxores ita sint ac si non habe-
ant. & qui flent tamquā non
flentes. & qui gaudent tam-
quā non gaudentes. Et qui
emunt tamquā non possi-
dentes. & qui hoc mundo u-
tuntur tamquā non utantur
Preterit enim figura huius mun-

di. Non ergo cum p̄ter eunte
 figura mundi operantiā p̄tere
 ant. Ne etiā ipsi p̄tereamus.
 sed maneamus in ueritate. si ma
 nemus in xp̄o manemus in ue
 ritate. & cū eo manebimus &
 non p̄teribimus. sed dicemus.
 Benedictio dñi sup nos. benedici
 mus uos in nomine dñi. Qui enī
 p̄tereunt non possunt dicere
 quia non dixerunt p̄ter eun
 tes uiam. Benedictio dñi sup
 uos quē admodum dixit pphe
 ta. Itaq; si uolumus non p̄tere
 operantiā non p̄tereamus man
 datū dī. Non p̄tereamus requi
 rendi ihū dñi diligentia. eme
 rendi eius grām. Non p̄teribit
 eum illa mulier quę usq; in fari
 sei domū ingressa in qua xp̄s
 recumbebat. in pedes eius sup
 fudit unguentū. Non p̄ter
 eamus disciplinē alicuius pro
 fectū. sicut & iam ioseph. adu
 lescentulus non p̄teruit. qui
 a fr̄s suos requirebat. & ad eū

festinabat locum in quo pasce
 bant oues & cum cognouit sc̄t.
 quia in dothaim sunt perit exit
 eo. Significatur autē illo uer
 bo dothaim. defectus idoneus.
 id est uanarū opinionum defec
 tus non mediocris. sed perfectus
 & plenus. in quo profectus ē ani
 me. Sapiens enim quando minu
 it addit. Deficiunt enim sae
 culares opiniones. quę mulierie
 b; infirmib; comparantur. Unde
 pulchre. quo ostenderetur. sar
 ra ad p̄fectū uenit se. ut genera
 ret risum & lāctiā. Defecerunt
 inquit sarra fieri muliebria.
 bona ergo defectio cupiditatū
 defectio uanitatū. quia uerita
 tis adiectio ē. Unde & sc̄s ait.
 Defecit in salutare tuū anima
 mea. Partura & enī erat quę
 concesserat & p̄miserat d̄s.
 Partura ante expectatum
 ingeni celeritate partus.
 fetus sapientia. Deniq; & de
 aliis hebreis mulierib; habes

quia hebrei prius pariunt quā
 ueniant obstetrices. eo quodam
 in iustorum non expectent ar-
 tes & disciplinas propter inuen-
 tionū genera. nec ad iumenta
 requirant generandi. sed spon-
 te partus suos fundant. expec-
 tationēq; p̄ueniant. Nec mi-
 nus impiger ad inueniendū
 quā ad exsequendū iacob cui
 cum mater dixisset. ut in ferre
 patri escas. definitionū gene-
 ra suppetis se cernimus. Nam
 & cito inuenit & inuentorum
 suorū auctore testificatus
 ē dñs. in quo & diligentie palma
 & ingenii significatur ubertas.
 Prima ergo definitio in inueni-
 one quod inuenitur queritur.
 & quod queritur temporis est.
 Quod temporis est utiq; diligen-
 tie est. Ingenium igitur diuini
 est muneris quod aut diuini mu-
 neris hoc nature ingenium.
 Ergo nature ē inuencio diligen-
 tie. Illud sine tempore. hoc

indiget tempore. Ideoq; illud
 in tempore presto est. hoc in spa-
 tio temporis inuestigatur.
 Illud suppetanos hoc uero ad nos
 refertur. Querent igitur
 patri cibum uerbi. Non enim
 in solo pane uiuit homo. sed
 in omni uerbo dī. Tale cibū
 que rebat isaac. talē cibum
 esuriebat petrus. quando
 uidit credituri gentilis po-
 puli misteria. Isai presto n̄
 habuit cibū spiritali & ueloci-
 ores ingenii dū ille uenatur
 & querit. & p̄durū atq; agres-
 tem sermonē suggerere pa-
 rat. p̄uenit iacob celeri in-
 uentione. & miti & prope do-
 mestica responsione sua ue-
 rumbum ministrans. quo eū
 mulceret ac delectaret. Un-
 de miratus pater ait. Quid
 est hoc quod tam cito inuenis-
 ti filii respondit iacob.
 Quod tradidit dñs dī tuus in
 manus meas. Prima definitio

Defuga

in interrogatione ē. secunda
in responsō. Plena igitur omni
arepperiens pater. quae erant
uel ingenu uel diligentiae.

Definitionis consumatione
concluserit dicens. Ecce odor
filii mei tāquā odor agri ple
ni quē benedixit dñs. Ager
enī & naturale habet fertili
tatis ingenium & culturae di
ligentiā temporalem. Meri
toq; in eo ē plenitudo. cui uerū
q; non deerit. simul cum addi
derit quē benedixit dñs.

Videtur naturae gratiam p̄
tulisse cultionis labori. & con
firmavit esau dicens. Iuste
uocātū ē nomen illius iacob
subplantauit enī me iambis
& primogenita mea accepit.
Sed forte dicas in quo moram
fecit quia ad uenationē a patre
mis sus ē. sed considera quia &
pater pronuntiavit quia pa
ratum habere non posse quod
sp̄aliter petebatur. & ideo

quia deficiebatur ingenio uel
diligentiā subsidium ut ad
iungeret exigebat. celerita
tis quoq; admonet quia
Capere arcū & sagittam. Accipit
tamen & diligentiae fructū
qui agnoscat superius eē in
genium unius. Nec in merito
domesticos cibos detulit qui
de domesticis seminis suis sapi
entiae sibi adquisiuit copu
lam. bona autē diligentiae cū
sapientia & inuentio cū inge
nio naturali. Deniq; habens
in promptu sapientiae copu
lam. Sēs isaac deambulabat
in campo immo ab alienabat.
& nos primo sapientiae copu
lemur. & sic examus in cam
pū. querere & inuenire cupi
entes. Multi enī sine sapien
tia male querunt. & ideo ea
in qui non acceperat adō
prudentiā male quesiuit
male exiit in campū Abel be
ne qui perfectū sacrificii

reli

munus impleuit. Bonum enī
 sapientiae sacrificium. bona
 est hostia fides & omnis uirtus.
 Deniq; sapientia inter fecit
 suas hostias. & miscuit in cra-
 tere unū suum. & ideo ut insi-
 pientib; gentilib; potum fidei
 daret. ad craterē suum con-
 uocauit eos dicens. Qui ē insi-
 piens deuertat ad me. & e-
 gentib; sensū docet. Venite
 & edite de meis panibus. &
 bibite unū quod miscui uo-
 bis. Hunc craterem plato in ^{plato}
 suos libros transferendum
 putauit. Ad eunū potū euo-
 cauit animas. sed eas ex plere
 nesciunt. qui potum non fidei
 sed pfidie ministrabat. Fu-
 gamus ergo hinc sicut fugi-
 it de patria sē iacob. sciebat
 enī uerā patriā eē superio-
 rem. Fugiamus sicut cerui
 ad fontes aquarū quos siti-
 ebat dauid. sitiāt & nrā anima.
 Quis est ille fons. Audi dicentē

Qm̄ apud te fons uite. Huic
 fonti dicat anima mea. quan-
 do ueniā & parabo ante faciē
 tuam. Fons enī dī est. sed qui
 hunc fontē desiderat. effun-
 dat sup se animā suā ut nihil
 possessionē carnis relinquat
 sed ubiq; anima superfluat.
 Pulchre eam effudit susan-
 na. ut euaporare mea non
 possent cor poris incendia
 mortis formidines utte cu-
 piditatis. Effusa super ipsa
 anima omnē restrixit car-
 nale desiderium. seculare
 studium. Quae etiā prodigi-
 o sorū senū & imprudentiū
 presbyterum potuit flam-
 mas restringere nisi in his
 libidinis profluuium redun-
 das sē. Aquibus cū intende-
 retur calumnia. si ad sensus
 negaretur adulterio. Inge-
 mit susanna & dixit. Angus-
 tie mihi adsunt undiq;. Sie-
 nim hoc fecero morte aeter

Defuga

na peribo. flaut. flautē non
 effugiam manus urās. Meli
 us tam iudicauit crimen poti
 us fugere quā periculū. Plora
 uit itaq; cum crimen obicere
 tur plorauit cum sibi de pudri
 ca & casta adulteri iudicium
 uindicarent. Non mortem
 deplorans. sed castitatis calū
 niam. Religionis iniuriam.
 plorauit & effudit sup se non
 corpus & animā. Effudit set
 enim corpus sic carnalibus.
 ad qui euis set. Deniq; cū mor
 te damnaretur. exclamauit
 quasi iudex reorum arbitra
 calumniantū & innocentis
 conscientie auctoritate di
 uinā sibi iudicium accer
 siuit cognitionē. Non ti
 more mortis p cta. sed ar
 guentis censure potestate
 pre celsa. susanna ergo fugit
 seculū. & se dō credidit. Ad
 illam arcem ciuitatis aeter
 ne fugiens qua totū mundū

complectitur. Qm̄ intra dñi omā
 fugit & paulus ut euaderet per
 fenestram dimissus in sporta.
 Spartū enī triplex corrumpi non
 posse nouerat. Sed fugit ut
 euangelium dñi toto orbe p
 dicare. & ideo in paracliso rap
 tus est. & nos fugiamus p fenestram
 audientes p ceptadñi. & ui
 susobrio atq; oculorum castita
 te seruantes. fugiamus sicut
 loth sodomitana crimina. am
 plius quā supplicia formidans
 Magis enim prius certe scele
 rum fugit contagia qui sodomo
 mitanis domū suā clausit.
 ne ceo habitans nouerat eos
 quorum flagitia nesciebat.
 & obprobria auersabatur.
 Nec fugiens respexit eos. quo
 rum conuersationes non de
 siderabat. fugit ergo sicut
 loth qui renuntiat uitis ab
 dieat se incolarum moribus
 qui post se non respicit. qui
 superiore illā inciuatē

ingreditur introitu cogitati
onū suarum ne recedit ex ea
donec moriatur princeps sacer
dotum qui tulit peccatū mundi.
Mortuus quidem semel est
sed mortuus unicuique qui bapti
zatur in morte xp̄i. ut consepe
liamur eū eo ut resurgamus.
cū eo & in nobilitate uitae illius
ambulemus. Bene fugis si cor
tuum non imitetur peccato
rū consilia cogitatione seo
rū. Bene fugis si oculus tuus
fugiat calices & fialas. ne fiat
libidus dū moratur in uino.
si oculus tuus alienā declinet
ut lingua tua ueritatem cus
todiat. Bene fugis si non res
pondas imprudenti ad im
prudentiā illius. Bene fugis
si auferas gressum pedum
tuorū. Ex ore insipientiū.
sio. Meritoq; dixit. Vox qui-
dem uox iacob. manus autē
manus esau. & odoratus ē.
odorem uestimentorum.
& fortasse illud est quia non
operibus iustificamur sed
fide. Qm̄ carnalis infirmi-
tas operibus impedimento ē.
sed fidei claritas factorum
obumbrat errorem que me-
retur ueniam delictorum.
Celebrata benedictione. post
ea fr̄ senior aduenit. Quo de-
claratur prius eccl̄e regnū
quā sinagoga in p̄destinati-
one delatum. sed subintrasse
sinagogā ut super abundaret
peccatum. & cum sup̄ abundas-
set peccatū. sup̄ abundaret &

grām. simul claret in pigrū
regni celestis candidatū eē
debere ut p̄riat benedictionē.
& p̄rogatiuam sue cōmendatio-
nis usurpet. Unde non est no-
tatus a patre iunior filius sed
laudatus. Quod ut isaac fr̄
tuus ueniens cum dolo accepit
benedictionē tuam. Bonus
enim dolus ubi inrep̄hensibilis
ē rapina. Inrep̄hensibilis autem
rapina pietatis. quia ad heb; iohan-
nis regnū caelorum cogitur.
& cogentes diripiunt illud.
Festinantes enī patres pascha ce-
lebrabant. qui festinantes mandu-
cabant agnum non demorantes.
& fratrem beniamin sc̄i ioseph pie
commento fraudis accersit
& tenuit. & ipse tamen ut be-
nediceretur cogendo elicit
& impetrauit. sed eam benedicti-
onē quae cum superiore con-
grueret & conueniret. ut ser-
uaret fr̄ suo. & enim qui impa-
re non poterat. & alterum rege-

reseruire debebat. ut a prudentiore regeretur. Neque enim fuit scilicet patriarchae ut filium suum de generi conditioni seruitutis addiceret. sed ut bonus pater cum duos haberet filios unum intemperantem. prudentem. & sobrium. alterum cum utriusque consuleret. Intemperantia proficit sobrium & insipientem prudenti statuit oboedire. Quia insipiens non potest uoluntarius uirtutis esse discipulus. nec perseverare in studio. qui astutus sicut luna mutatur. Meritoque a libertate propterea gavit arbitrii. ne uelut nauis in fluctibus sine gubernatore fluctaret. sed subdidit eum fratri secundum quod scriptum est. seruit enim imprudens prudenti. Recte ergo eum subdidit ut regentis imperio suum melioraret affectum. Ideoque ait. super gladium tuum uiues & serues fratrituo. Domina

est enim pietas crudelitatis & mansuetudo duris motibus; prestat seruit omnis qui auctoritate pure non habet conscientie seruit quicumque; uel metu frangitur uel delectatione inretitur. uel cupiditatibus ducitur. uel indignatione exasperatur. uel merore deicitur. seruis enim omnis est passio. quoniam qui facit peccatum seruus est peccati. & quod peius est multorum seruus est. qui subiectus est unius multis. sed omnis addixit. ut seruitio ei exire uoluerit. At uero ille qui uoluntatis suae arbiter est. iudex consilii. interpretis arbitrii qui coereat corporee ad penitentiam passionis qui ea quae agit bene agit. Bene autem agit recte agit. & qui recte agit inculpate & irreprehensibiliter agit. habens suorum actuum potestatem inspecto liberum. Nam qui omnia

seruit

lib.

prudenter ait. & ita uiuit
 uiuit. is solus est liber. Non co
 nditio fortuna seruum facit
 sed probrosa insipientia.
 Denique famulus prudens re
 git dominus stultus & pro
 prius serui dominus fenerabunt
 quid fenerabunt. non utique
 pecuniam sed sapientiam. sicut
 & lex dicit. fenerabilis gentibus
 multis. tu autem mutuum non
 accipies. fenerabit iudeus pse
 lico diuinae legis oracula. sed
 quia ipse legis misteria uidere
 non potuit. & que habebat
 nesciuit oracula. qui litteram
 fenerabat gentibus. nunc
 ab his spiritualis doctrinae gratiam
 mutuatur. Meritoque sub
 iectus est seruituti. quomodo qui
 mutuatur seruis est. quasi
 addictus fenori creditoris.
 Qui autem pie doctrinae feni
 impertit is est princeps. sicut
 lex dicit. Princeps eris gen
 tium multarum. tibi autem

principes ex ipsis non erunt.
 Princeps enim est qui regit. qui
 & habet sapientiae principa
 tum. quem habuit populus iude
 orum. sed quomodo quod dolocebat
 seruare non potuit. debet
 discere quod dolere nesciuit.
 Hoc est igitur quod ait patriar
 cha isaac. serues fratris tui.
 Citatur cum posueris & solue
 ris iugum illius a collotuo signi
 ficans duos futuros populos.
 unum ancille filium. alterum
 libere. Seruit autem littera libe
 rae gratia. Tumque populum qui
 littere intendit tam diu ser
 uum fore. quam diu spiritualis doc
 trinae sequatur interpretem.
 Tunc quoque illud futurum
 quod daps ait. Ut reliquae saluae
 fiant secundum electionem gratiae.
 serues ergo fratri tuo. sed tunc
 senties seruitutis perfectum cum
 uoluntarius potius quam coactus
 oboedire coeperis fratri. Hinc or
 ta est inuidia & imitabatur esa

uq̄ post obitum patris fr̄em
occideret. sed si id acciderit.
discamus a rebecca quē admodū
puidendum sit. Ne inuidia ira
cundiam excitet. iracundiam
parricidium pruat. Veniat re
becca hoc ē inducatur patien
tia bona. custos innocentie
suadeat. ut ire locū demus.
Concedamus aliquo longius do
nec tempore indignatio mol
latur. offensionis obrepat
obliuio. Itaque patientia nec ex
ilium reformidat sed in pigre
suscipit. Non tam ut periculū
salutis. quā ut inuenta uum sce
leris declinetur. Mater quoq;
pia ab eē sibi dilectissimū fili
um tolerat. plus ei conlatura
quē se sit. Vtriq; tamen con
siliens. ut alterum in mune
a periculo. alterū integrum
prestaret a crimine. Audiu
mus quid corporeis ebria. cu
piditatibus intemperantia lo
cuta sit. Consideremus quid

uera uirtus agat. Nihil requi
rit nisi dignitatem. Solum il
lum & summū bonū sequitur.
solum eo contenta est. a quo
accepimus. ipsi autē nihil ipsi
conferimus. qui a nullo indi
et. Sicut ait dauid. Dixit dñs
meo dñs m̄s est. qm̄ bono
rum meorum non indiges.
Quo enī indiget. qui abundat
& nobis largitur uniuersa
om̄a sine defectu ministrat.
Et profectus ē iacob & dormi
uit quod ē quieti animi in
dicium. & uidit anglos dñas
cendentes. † Hoc ē xp̄m p̄ uidit
in terris ad quē angelorū
ceterua descendit atq; as
cendit obsequium p̄prio
dñs pio prebitura seruitio.
& uenit ad puteum ut bibe
ret de suis uasis & de puteo
rum suorū fontib; & super
fluerent ei aque de suo
fonte. Fons enī uita est in
manibus iusti. & uenit ad
† & descendentes.

laban & oues eius pauit. Iniquitas incontaminata residet. sapientia regendi officium non omittit. Nescit uel alii eius uacare. nescit exul esse in peregrinis. Quomodo enim exul qui ubique suum ius seruat. & in se habet quod possidet. quasi mercennarius ingreditur iustus. & recte est qui sibi gregem multarum prestantiumque uirtutum splendore fulgentem. euangelice predicationis ministerio colligebat. ut potaturus ouibus uirgam storacina & nucina & de platano proponeret iuuentis. quo concupiscentes beatissime trinitatis prefigurata mysteria. haut quaquam decoloros fetus pientis. conceptione formarent. Bone oues que bonorum partus operum fidei sacre non degeneres ediderunt

Storacem significatur incensum & sacrificium uespertinum. quod deo patri defertur in psalmo. Per nucina uirgam sacerdotale christo munus offertur. haec enim uirga aaronque reposita floruit qua sacerdotalis gratia sanctificationis emicuit. Per platani spiritualis fructus significatur ubertas. Quia arbori huius uitis adnectitur uti lata consortio partus sese uberes fundat. siquidem dominice munera passionis. remissionemque omnium peccatorum ad iuncta spiritus gratia consuevit. His itaque ut scriptura dicit. Diues factus est ualde. Bonum gregem nutriens christo. quem fidei titulo & uarietate uirtutum. gloria in nomine nobilitauit insignibus. itaque nec sibi uidebatur angustus censu fidei optimus. & labe filii ut opulentissimi in uicium uocabatur qui suum gregem alieni gregis accen-

sione cumulas set. & dixit dñs:
 Revertere in terram patris
 tui & in gentē tuā & ego ero
 tecū. Ostendens nihil de eē
 cui ades set omnium plenitudo.
 hoc solum abundare pfecto.
 in hoc constare omnia & omnia
 ad ipsum referri. Nihil ino-
 uum nihil superfluum necessari-
 um. cuius fida suppeteret.
 p quā reconciliaret quae primo
 fuerant discrepantia. Nec mi-
 rum si pacem haberet qui colū-
 nam statuerat & iunxerat dō-
 quae ē ecclā. Columna enī & fir-
 mamentū dicta est uerita-
 tis. Camiūgit qui in xpm fidei
 in pauperes misericordie fun-
 dit unguentum. Nunc con-
 sideremus qualis uir iustus
 eē debeat si in uicia fuerit
 exorta. Primū. ut de dīnet eā.
 Melius est enī sine lite abire.
 quā residere cū iurgio. Dein-
 de. ut talia possideat qui se
 cum auferre possēt. Tum

+ Inuenit apud iacob. Magnus uir & uere beatus qui nihil suum.

ut in nullo teneri ab aduer-
 sariis possit obnoxius. sed di-
 cit cognosce siquid tuum
 est apud me. & quae suum
 laban & nihil suum potuit
 amittere. nihil alienū habe-
 re. hoc ē nihil minus habe-
 re. nihil superfluum. Itaq; ille
 perfectus ē. cum nihil deest
 iustus. cum nihil supra ē. hoc
 enī est iustitiae tenere men-
 suram. Quanta uirtus cuius
 socias lucrum dabat non in-
 terrogabat dispendium. hoc
 est pfectum eē adherentibus
 sibi commodi plurimum dare
 nihil adferri incommodi. Deni-
 q; his qui nocere cupiebat in-
 anem eum non potuit dimit-
 tere. sapiens enī numquā ma-
 nis est. semper in se habens
 amictum prudentiae qui po-
 test dicere. iustitiam indue-
 bam. & uestiebam iudicium.
 sicut dixit iob. Namq; haec
 mentis sunt inter nauela

mit?

mina quae nemo alius possit auferre. nisi cum aliquem sua culpa dispoliat. Denique sic despoliatus adam. nudus inuentus est. At uero ioseph & iam uestimento exteriori reiecto nudus non erat. qui salua habebat indumentum uirtutis. Numquam ergo inanis sapiens. Nam quomodo inanis quidem plenitudine christi accepit & seruat acceptum. quomodo inanis cuius repleta est anima. quae acceptae gratiae uestimenta custodit. Illud metuendum est ne quis innocentiae uel amenamittat. ne impij sacrilege persecutionis impressione terminos iustitiae supergressi uestimentum anime ac mentis eripiant. quod non accidit nisi prius aliquem uox suae iniquitatis exuerit. Si est iniquitas in manibus meis. decedam merito ab inimicis meis inanis. persequatur in

micus animam meam & comprehendat. Nemo ergo ex inimicis potest tuam animam comprehendere nisi prius inanis fuerit effecta. Noli igitur metuere eos qui possunt aurum argentumque conpile thesauros. Isti nihil tibi auferunt. Hoc enim auferunt quod non ornabat animam tuam sed donerabat. Hoc auferunt quod non locupletabat cor tuum sed potius deprimebat. Vbi enim fuerit thesaurus tuus ibi erit & cor tuum. sicut audiisti legisti hodie. Multi ferris portarum suarum includunt aurum suum sed hi nec uectibus & claustris suis credunt. multi uigiles adhibent. sed ipsi quoque plus ipsos solent timere custodes. Multi de fossis auro incubant. aurum eorum sub terra & cor eorum sub terra. Caue ergo. ne & tu cor tuum in terra te uis in fochias. Non ergo aurum istius metuendi fures.

Illi tibi cauendus est fenerator
 qui substantiā anime tue serua-
 tatur. si qui peccati grauioris
 gra contraxerit. Qui cortuū
 includit solo. qui animā tuam
 eo cespice obruit. quod aurum
 texerit. qui mentē tuā centen-
 simarum incur uatis auris &
 graui condit sepulchro. de quo
 nullus resurgit. sequere sem
 iacob. qui neq; de alienis uicis
 quicquam habebat. neque
 suarum uirtutū erat inanis
 & uacuis quierat iusticie
 fructu repletus. sed haec mo-
 ralia. Illud mysticū. quod ue-
 nit ad eum laban hoc est de-
 albat. qui a & satanas trans-
 figurat sem in angelū lucis. &
 coepit ab eo sua requirere.
 Respondit ei iacob. cognosce
 siquidē tuum apud me. Hoc
 est nihil tuorū habeo. Quere
 siquid agnoscis uirtiorum tuorū
 & criminū. Nihil meū abstuli
 fraudū tuarū doliq; consorti

aulla non habeo. omni uirtutē
 quā contagiū refugi. & quesi-
 uit laban & nihil suum repperit.
 Quā beatus uir in quo inimicus
 nihil inuenit. quod suum pos-
 set dicere. In quo diabolus nih-
 il offendit. quod suum agnos-
 ceret. In possibile uidebatur
 istud in homine. sed ty pū ge-
 rebat eius quidē in euanglō.
 Veniet huius mundi princeps.
 & in me inueniet nihil. Nihilē
 enī quicquid ē diaboli. quod
 nullam potest habere ppetui-
 tatem atq; substantiā. ipse
 autē ē qui p figurabatur in ia-
 cob. dñs ih̄s duorū uir coniugi-
 orum. Hoc est consort quidam
 legis & gr̄e. qui uir ginē rac-
 hel ante dilexit. & p destinata
 sibi in coniugium pio amabat
 affectu. sed qm̄ alia tamquā
 lex subintravit. & oculis infir-
 mior obrepit. tamquā sina-
 goga quementis cecitatis xp̄m
 uidere non potuit. sup abun-

clauit grāscē rachel. que sup̄i apri
 mū illudē expetita coniugiū. que
 ecclē principatū futurū iā tunc
 nomini sui int̄pretatione signa
 bat. Beata rachel que abstulit
 ob probriū suo partu. bea rachel
 que abscondit cultus erroresq;
 gentilium. que simulacra eorū
 plena ēē immunditiæ declarauit.
 Nemo credat pat̄ne pietatis le
 sā ēē reuerentiā. qđ stante pa
 tre fecit. Qm̄ scribitū est. qui plus
 fecerit patrē aut matrē quā
 me. non ē me dignus. Vbi cau
 sa agebatur religionis. fides
 debuit habere. iudicii. & quasi
 rearsare p̄ficia. Haec eousq;
 p̄bata sunt. ut p̄ficiis centi ia
 cob scō anḡli dī occurrerent.
 Deniq; uidit castradi adplican
 tia & ait. Castradi haec sunt.
 P̄fectis enī & fidelibus diuina
 solent ad eē p̄ficia. P̄fect²
 aut̄ qui cogitabat de re con
 ciliatione fraterna. Ita ut hu
 militate eum inuaret of

ficiis acquireret muneribus.
 quoq; emendā putaret. Oc
 currit itaq; fr̄i cū uxoribus
 & pignorib; suis. ut & iā si p̄sin
 dignaretur necessitudinis ob
 sequis inflecteretur. & ad
 orauit septies int̄ra. Quid sibi
 istud uult eē lex dicit. Inm̄
 d̄m tuum adorabis & ipsi soli
 seruiēs. & hic adorat int̄pe
 tante. iracundū mis̄ante. par
 ricide flagitiū. Anterram
 adorauit illā humano cruore
 concretā serpentū infusā ue
 nenis. aut ieiuna infelicem
 glareā. aut duris atq; asperis
 inhorrentē cauitibus. Quid si
 bi & iam uult quod septies ad
 orauit. haerere absolutio nisi
 illud occurrere qđ petro in euan
 ḡto interroganti. si fr̄ m̄ in
 me peccauerit quoties re
 mittā ei usq; septies. Respon
 dit d̄m̄ ih̄s non solū septies
 sed etiā septuagies septies.
 hoc igitur p̄fecto sp̄s̄ pa

triartha significat in adueni
 ente respiciens: qui non solum usq;
 septuagies sed etiam usq; septuagies
 septies. Veniam fr̄i relaxari u
 beret. Ut eius contemplatione
 conuentus esau. iniuriam quā
 se accepit se putabat remit
 tere fr̄i. & quāuis lesus rediret
 in grām. Qui app̄t ea carnem
 suscepturus erat dñs ih̄s. & ue
 niturus in terras ut multipli
 catam nob̄ donaret ueniam de
 lictorum. Deniq; petiturus
 a fr̄e concordiam dormiuit in
 castris. Perfecta uirtus habet
 tranquillitatem & stabilitatem
 quietis. Ideo dñs donū eius
 p̄fectionibus reseruauit di
 cens. Pacem meam relinquo uo
 b̄ pacem meam do uobis. Perfectorū
 ē enī non facile mundanis
 moueri non turbari metu
 non exagitari susceptione
 non terrore concuti non do
 lore uexari. sed quasi in lito
 re tutis simo aduersū insur

gentes fluctus secularium p
 cellarū mentē immobilem fi
 dastatione placidare. Hoc
 firmitum xp̄ianis mentib;
 xp̄s inuexit. Pacem internā
 inueniens animis platorum
 ut non turbetur cor n̄m neq;
 exagitetur animus. hanc pa
 cem sup̄ omnē mentē⁺ custodi
 at corda ur̄a & sensus in xp̄o
 ih̄u. fructus itaq; pacis est
 non perturbari in pectore.
 Deniq; uita iusti quietā est. In
 iustus aut̄ inquietudinis &
 p̄turbationibus plenus est.
 Itaq; amplius suis suspitionib;
 adfligitur impius quā alienis.
 Pleriq; uerberibus maioresq;
 uices uulnerū in eius animo
 sunt. quā in eo corpore qui
 ab aliis uerberantur. grande
 est in trāse aliquē tranquil
 lum eē & sibi conuenire. foris
 pax aut̄ imperatoris sollicita
 p̄uidencia. aut manu militū
 queritur. aut bellorū p̄spero

et ee ap̄t̄ doctor adseruit dicens. & pax dī quaesuperat omnē mentē

cedit euentu. aut interne
 tione aliqua barbarorū sūm se
 hostili motu arma conuertant
 In pace nullā nā se deuent
 est. Certe gta pacis illius ad im
 peratorē refertur. istius pacis
 fructus in nobē que ē in men
 tibus singulorū. que tene
 tur affectibus. Istius pacis
 maior est fructus quo spālis
 nequitie temptamenta quā
 quo arma hostilia repellun
 tur. Istā pax sublimior. que
 corporaliū passionū ex
 cludit inlecebras. pturbati
 onesq; mitigat. quā ea que
 barbaricas sedat incursus.
 Plus ē enim clauso intrare hos
 tire sistere quā remoto. Itaq;
 iacob qui cor suū ab omni simul
 tate mundauerat. & pacificū
 affectū gerebat postquam
 reiecit omā sua solus reman
 sit & luctatus ē cū dō. Qui cū
 q; enī secularia negligit. ad
 imaginē dī similitudinēq;

ppius accedit. Quidē enim
 luctari cū dō nisi uirtutis sus
 cipere certamen. & cū spe
 riore congregari. potiorēq;
 ceteris imitatorē fieri dī.
 & quā in superabilis erat fides
 eius atq; deuotio. secretari
 dñs mysteria reuelabat. Lan
 gens latitudinē femoris
 eo qd ex eius erat generati
 one dñs ih̄s oriundus. ex
 uirgine. quidō nec impar
 nec inaequalis eēt. Cuius cru
 cē ob stupescens femoris
 latitudo signabat. eo quod
 diffusa p̄ uniuersū mundū
 remissione peccati salutaris
 foret omnibus. qui stupore
 sine corporis ac sapore. resur
 rectionem tribueret defunc
 torum. Unde non in merito
 exortus est sol scō iacob. cui
 us generi crux dñi salutaris
 inluxit. simul quia sole iori
 tur iustitie quidm̄ cernit
 quia ipse ē lumen & er num.

Claudica uerit iacob a femore suo, propter hoc non manducant hodie; filius est neruum. Vt nam manducas sent & credidissent. sed qui non erant facturi uoluntate dei. ideo non manducauerunt. sunt & quita accipiant eo quod ideo claudica uerit ab uno femore iacob. qui ad uobis populis ex eius generatione manantibus. unus stupor iam tunc circa fidei gratiam declarabatur futurus. Ipse ergo populus qui stupore perfidie claudicauit. Denique non multo post. reuelatione istius modicum esset ab alienigenae filio. dicitur filia iacob deflorato uirginitatis pudore temerata fratre eius qui non intellexerunt misterium. alienigenas qui societatem fidei per conuentionem generis offerebat. uindicta studio peremerunt. iacob autem qui morali mansuetudine clementiam diligebat uel mystico spiritu

sacramentum congregandi ex gentibus prouidebat ecclesie inuitus & dolenter scenam illam exactionis accepit. Unde per prophetam aduentum domini ihesu responsu diuinum edatum. Exurgens ascende in locum bethel. Haec est domus panis ubi natus est christus sicut micheas per prophetam testatur dicens. & tu bethleem domus efratha non es minima ut sis inter principes iuda extenuerit exiet princeps in iherusalem. & egressus eius ab initio ad ierusalem. Vere domus panis quae domus christi est quia nobis panis salutaris adueniente ex caelo. ut iam nullus esuriat cibum sibi immortalitatis adquirens. Ibi ueretur habitare patriarcha. ibi arando facere qui apparuit ei. Ibi deos accepit alienos subleuatis. ibi quoque sepulta est Rachel in uia inquit efrata haec est bethleem. Ibi etiam columnam statuit iacob
 / " & abscondit

supra monumentū eius. Quanta
 misteria quia ibi ecclā dī in qua
 apparet dī. & loquitur cū ser-
 uulis suis. Ibi eripiuntur & ab-
 scondit̄ simulacra gentiū
 fides enī ecclē omnē obseruan-
 tiam gentilitatis aboleuit. sed
 cur subleuatis co. quaero cer-
 te genus istud infructuosū ē.
 Ibi ergo sunt diu gentium ubi
 nullus ē fructus. Ibi aures
 gentium infodiuntur quas
 cederunt iacob ut iam no-
 uam linguā audire ad sues-
 cant. ueterem pfidie sonū
 nesciant. obsurdescant
 aures eorū sacrilegio. eman-
 dentur ad grām. Non in me-
 rito ibi s̄r danhel falsum ad-
 uersus susannā testimoniū
 deprehendit. Ibi enim uolebat
 adhuc radices suas locare p-
 fidia. sed latere non potuit.
 qui propheticō spū deprehensū ē
 Congruus aut error p̄bri ue-
 re confessioni ut ibi conta-

minatā diceret castitatem
 ubi gentium defossa simula-
 cra sunt sed ueritas ecclē non
 texit pfidiā. sed abscondit
 & aures gentilitatis obstruxit.
 Conuenientes quoque ibi se-
 putatē s̄a rachel. quia om̄s
 qui baptizantur in xpō con-
 sepeliuntur cū eo si enī doce-
 mur dicente ap̄to. Consepul-
 ti enim sumus cū illo p̄ bap-
 tum in morte ut quē admo-
 dum ille surrexit a morte p̄
 uirtutē p̄pria suscitatus.
 Ita & nos p̄ eius grām resurga-
 mus. Tunc igitur uere abscon-
 omnis error gentium cū
 quis fuerit ablutus a uis.
 Qui a confixus cruci uetus ho-
 monē nescit iam ueteri ser-
 uire peccato. Competenter
 & iam columna statuitur
 supra monumentū rachel quia
 ecclā ē columna & firmamētū
 ueritatis. senuit aut iacob &
 ante iam senuerat moribus.

sed certabant in eo in pigra
 iuuacitas iuuentatis. & tran-
 quillitas senectutis. Est enim
 & senectus uirens grā & iu-
 uentis incana consilii. De
 qua dicit scriptura. Senec-
 tus enim uenerabilis & aetas
 senectutis uita immaculata.
 Ex hac uita fuit iacob. qui bonis
 operibus p̄uenit tempus lon-
 geus senectutis. ut & fructū
 eius ante tempus carperet.
 & postrema eius in tempore
 non timeret. Beatus qui-
 dem & iuuenis qui bene ui-
 uit. sed beatus & senex qui
 bene uixit. Quod enim iuue-
 nis sperat adeptus est senior
 quod senex fuit. Optat hoc
 eē qui iuuenis ē. Certe hic
 inquit & maris longiores sibi
 adhuc cursu manente. lac-
 tatur fluctibus; senex uero si-
 cut in portu. ita in statione
 est senectutis. Erat itaque
 huius modi iacob qui uix

89
 speranda iuuenibus; bona inco-
 lumni & tuta grā. clauē iam
 clausa & ob signata retinebat.
 Quod autē possideas eo quod
 adhuc speres p̄stabilius est.
 Erat ergo senex iacob. ad quem
 iuuenis aduersa temporis ali-
 cuius tempestate p̄culsi. Itā
 quā in portū sese recipiebant.
 Ipse autē tam quā in specula ui-
 te huius positus sollicito p̄ten-
 debat affectu. & longe ante
 rebus dubis p̄uidebat reme-
 dia. Deniq; famēs erat in to-
 ta terra. senex depositus quā
 alacres iuuenes ignorabant.
 Primus utrū audierit uideto
 inter imprimis admonuit
 filios suos. in egypto ex supe-
 rare frumta eo p̄ficendum
 ut emerent quae sibi ad usum
 necessaria forent. Libenter
 & iam ipse iuuenū consiliis
 ad quiescebat ut & iam filiū
 iuniore simul mitteret. & re-
 nuntiantibus illi quod ioseph

filius suus uiueret infracto
 licet corpore sed uiuida ani-
 mi uirtute. non expectauit
 ut filius ad se ueniret. sed ip-
 se magis proxit ad filium.
 Pietati enim mensura ordinis non
 preponderat. Nulla itaque sen-
 sit in petri menta fesse senec-
 tatis cum pergeret. Pietas enim
 leuabat laborem. Verum ubi
 recepti filii fructu potitus
 aliquanto exacto tempore
 septēdecē uidelicet annorū
 quod secundum illam patriarcae lon-
 geuitatē exigue portionis
 tempus ē. finē uitę sibi ad-
 pinquare cognouit. Vocauit
 ioseph filium & pro generationis
 suae futurū heredem. constr-
 uxit eum ne in egypto sepe-
 liretur. Acceptaque fide cum
 paulo post infirmaretur. bene-
 dixit patriarchas. xii & pphe-
 tauit. Dicit nunc aliquis non
 beatū iacob; cum in ipsis mortis
 esset diebus qui pene pluracū

dō quā cum hominibus alloqui
 amiscebat. non beatum cum
 oculi eius grauarentur in se-
 nectate & non posset uidere.
 Videtur enim quibus dā cecitas
 esse grauis aerumna calami-
 tatis. Sed tunc quoque beatus
 iacob quia discernere spū.
 quod oculis discernere aspec-
 tuque non poterat. Videbat
 futura quę estimabatur non
 uidere presentia. Denique errauit
 & ipse ioseph ut eum ad dexterā
 eius adplicasset filium
 suum seniore & ad sinistra
 ipsius. hoc ē iacob adplicasset
 filium iuniore ut etatis
 ordo benedictionis ordinē
 reseruaret. Extenderet ia-
 cob dexterā suam super nepo-
 tem iuniore & sinistra super
 seniore nepotē. & uolenti
 filio patriam dexteram super
 manas sen seniore conuer-
 tere responderet. scio fili
 scio. & hic erit in populū

& hic exaltabitur. sed frat̄ eius
 iunior maior illo erit. & causā
 plationis adiunxit dicens. Se-
 men eius erit multitudo gen-
 tium. Ad eo melius impedito
 licet corporis aspectu uide-
 bat. ut uidentē doceret er-
 rasse. Quis enī melius uidet
 quā qui uidet xpm̄. aut quis
 potest dicere oculis impeditū
 eum qui uidebat in xpo eccliam
 resurgentē. Nonne igitur
 clarū ē quod debilitas beatitu-
 dinē impedire non possit.
 Ille oculorū impeditus mune-
 re. ille defetigatis corporis
 uiribus in lecto tamquam in
 sepulchro corpus relinquens.
 Ad sur̄ rexit in se & longe ab
 aliis atq; intra semetipsum
 sese colligens. p̄ sentib; serēb;
 subduxerat & nouis si morū
 dierū futura miscbatur
 & atis. sic enī scriptū est. Ad
 nuntiabo inquit uobis quae
 occurrunt sunt uobis in no-

uis simis chebus. Quid igitur
 ei deerat cui d̄s aderat. quies
 p̄fecturo dixerat. discendā
 tecum in aegyptū. & ego dedu-
 cam te in p̄petuum. Nec de-
 fuit quando in eo sēs sp̄s loque-
 batur. Quis tā potens in suo
 domicilio. quā iste in alieno.
 Quis tā abundans in ubertate
 quā iste⁺ in senectute. Quis tā
 actuosus in negotio. quā iste
 in otio. Quis tam uelox in cur-
 riculo. quā iste in lectulo.
 Quis tā latus in flore adules-
 centiae. quā iste in mortis
 confinio. Quis tā diues in reg-
 no. quā iste in peregrino loco.
 Deniq; reget benedicebat. nec
 in merito pauper non erat
 qui nullo indigebat. Pauper
 non erat. qui se pauperē non
 putabat. & quis pauperē di-
 cat cuius conuersatione dig-
 nis orbis terrarū non fuit. & de-
 o conuersatio eius erat in ce-
 lo. hic uero p̄ diues in diuitis
 + Infame. quis tā fortis in iuuentute quā iste

simplicitatis & sinceritatis de
 coratus maiore anime quã cor
 poris pulchritudine que
 marcescere non nouit. De
 tate impiger. cui liceret cū
 uellet corporeo isto exire
 gurgustio & superna paradi
 si mentis uigore penetrare
 & uultus spū cū sepulchri ex
 tremam mandaret. Non enim
 terreno setumulo claudendū
 sed supno recipiendum domi
 cilio p̄sumebat. & ideo tam
 quã alteri mandabat sepul
 chru sua aut securus. Mortē
 illam immortalitatem putabat.
 Videbatur corporis implicatus
 impedimento. & uigilant in fu
 tura tempora p̄currebat af
 fectu. dicens de persecutoribus
 dñi. quid tribu symeon &
 leui auctores erant nequi
 tie p̄ces sari. In consilium eorū
 non ueniat anima mea & occur
 sum eorū non contendant uis
 cera mea. Quis autē tā ualidus

in uirtute. quã iste fortis in in
 firmitate. quid crebat male
 dictus furor illorū. quia super
 bus & temerarius & ira illorū
 quã indurata est. Diuidā illos
 in iacob. & dispergā illos in isrl.
 Quis uero tā coruscantibus
 quã iste uocibus. qui toto au
 ditus est mundo. qui p̄ om̄s popu
 los p̄ omnes auditur aetates.
 Quis tā suavis nūcius septem uo
 cum differentias oblocutus
 quã iste septemplici sp̄s se igrā
 resoluta uit. Qui licet membra
 resolutus. tamen attollens se
 animo. & erigens spū corporis
 sui. tamquã cithare armoni
 am dissoluta membrorū con
 page destructā. altamenta
 despiciens non requirebat.
 sed ociosam iacere humi patie
 batur. ipse autē cantus emul
 cebat inter no & p̄pheticose
 modulamine delectabat di
 cens. ludate laudabunt fr̄es
 tui. manus tue sup dor summi

micorū tuorū. adorabunt te
 filii patris tui. Catulus leonis
 iuda ex germine mihi ascen
 disti. recūbens dormisti ut leo
 & tāquā catulus leonis. quis
 excitauit illum. & infra laua
 bit in uino stolā suā & in sangui
 ne ^{uue} anabolactium suū. Hilares
 oculi eius a uino & dentes eius
 candidiores lacte. Quicantē
 dulcior. quisonus suauior.
 quam remis sio peccatorū & re
 surrectio mortuorū. hunc tan
 tum sēs dauid ille diuine or
 ganū uocis & dominice sermo
 nis uiterpres. cithara cecinit
 spāli. his modulis grāe subli
 mem illū animū mentēq; mul
 cebat. Hoc cantum mundisti
 us aspera mitigauit. hoc so
 nitu seculi duramolluit. hoc
 psalterio terrorē mortis in
 fregit. hac suauitate corda
 rum inferna calcauit. Sed
 audiamus & iam alia que sēs
 iacob patriarcha. admirabili

illo sup organo mentis incre
 puit. Neptalim uitis remissū
 porrigens in germine suo
 decorē. filius mī amplatus
 ioseph. filius meus amplatus
 zelo adpectus filius meus.
 filius mī adulescentior ad
 me reuertere & infra. Præ
 ualuit sup benedictiones
 montium & desideria aeter
 norū collium. Quid dulcius
 benedictione. quid gratius æ
 ternitate. & ipsa uerba sunt
 cantus & in uerbis magna uo
 torum sunt p̄mia. meritorum
 fastigia. Quid suauius scō ioseph
 qui nos liberauit ab obprobrio
 crucis dominice sacramto.
 sicut enī maledictū factus ē
 xp̄s. ut maledictū solueret
 legis. & peccatū factus est. ut
 mundi peccatū tolleret. ita
 obprobrium factus ē ut gen
 tilitatis auferret obprobri
 um. Sed illud obprobrium xp̄i
 thesauris egipti p̄ciosius

estimatū est. & ideo moyses
 farao regis aulam reliquit &
 fidei elegit obprobrium cui
 se obprobriomaria deinde abast.
 Ipse ergo neptalim uitis to-
 tum remisit ap mundum. ut
 omnibus populis ubertate
 poculus spiritalis infunderet.
 Ipse ē ampliatus habens no-
 men sup omnē nomen. qui
 qm̄ sep omnib; obtulit mor-
 ti. ideo audit a patre. ad me
 reuertere. Loquebatur ia-
 cob. & dñs audiebatur. Ille be-
 nedicebat & dñs p̄sonabat.
 Dicens filio ad me reuertere.
 Hoc ē post passionem reuertere.
 reuertere ad sedē suam.
 reuertere cum tropico. re-
 uertere ad me ut te resur-
 gentē defuncti sequantur.
 & tua potestate pariter ad
 q; exemplo. resurgant. ut
 fias primogenitus ex mor-
 tuis. ut ad dexterā sedē as-
 patris. Unde & filius dixit

Amodo uidebitur filium hominis
 sedentē ad dexterā uirtutis.
 Neget quis beatū iacob in ipso
 mortis supremo. quid diuina
 fundebat oracula. Neget
 beatū ioseph in carcere ubi sa-
 pientia spū inter p̄tabatur
 somniorū quae uel erat ueri-
 tatem & futuro rō seriem re-
 uelabat. Neget beatū esaiam
 cū medius secaretur. Hieremi-
 am cū mergeretur. Danhel
 sem cū inter leones staret intre-
 pidus. & prandium ei raptus
 ab angelo p̄pheta deferret.
 Non utiq; ideo. beatus qui ali-
 enū prandebat prandium.
 sed quia meritis suis in pasta
 leonū ora claudēbat. Quis
 aut non beatā dixerit ma-
 trem machabeorū. que sep-
 tem filiorum funeribus.
 octauā se addidit ad laudē
 celestis triumphi. Nece ele-
 azare p̄termittam ut pote
 sacerdotē sacerdos. sectans

iuuandus oratis. qui genus sacerdos peritus in lege matu-
 rus aevi cum oblatu esset anti-
 ocho persecutori. nec temptan-
 tis posuisti capi nec premis in-
 flecti. nec suppliciorum acerbi-
 tatibus frangi. Denique ablan-
 ditatis coepit. qui iudicabat
 tormenta sua posse superari.
 Cruberco inquit canicientiam
 reuerentiam senectutem. miror
 prudentiam. cur abstinendum
 bonis epulis putes. quae natura
 largitur. relaxasti modum
 puiciam. experis certe aliqua-
 ndo dum adhuc malis tibi persua-
 dere quam extorquere. nec uic-
 tus supplicis facias quod refu-
 tas ratione inuitatus. Ad haec
 respondit senex. Nos antioche
 non intentione ducimur. sed
 reuerentia legis tenemur.
 Quae a se uilla carne abstinendum
 precepit. Pulcherrimam creaturam
 iudicis negare tamen non potes
 quod potior sit temperantia

quam uoluptas. potior legis
 oboedientia quam prauaricatio.
 Quod si hoc leue putas ut car-
 ne uescamur. si uilla quidem mi-
 nimis legem contempserit
 quomodo in magnis tenebit
 aut si preciosa est creatura istius
 modi uindictis cum eo quod sit
 pulcherrimum de fructu damur.
 Abstinencia autem nostra discipli-
 na est castimoniam. Discimus
 enim refecare luxuriam. eu-
 piditates uincere. Excludere
 concupiscentias. delectationibus
 corporis obuiare. fortitudi-
 nis quoque exercitium est poe-
 nis pro lege non cedere. iustitiae
 quoque insigne atque prudentiae
 ut quod sequendum elegimus.
 timore dei morte proposita re-
 seruamus. Quiesca impleret
 liberis. quis autem seruidendum
 prebeat in hoc seruiat sed non
 ridebit. Non sum ita senex ut
 mihi non iuuenescat animi
 fortitudo. Suspensus itaque

cū hinc atq; inde grauitē
 uerberaretur. nec iam ferrent
 senilia membra uerberū poe-
 nas. Las satis carnificibus at
 q; extensoribus interrā deflex-
 us inflexibilem mentē gerebat.
 & quidā se uel longe uā misera-
 tus aetate se uel tēptamentis
 circū uenire desiderans.
 Inquit tantū modo te man-
 ducturū nosse esse eius in-
 munē prestabimus. at ille
 clamans. nequaquā contin-
 gat mihi ut fiam senex incen-
 tuum iuuenilis erroris. qui
 huc usque eram salutaris for-
 ma instituti. His ergo ludibri-
 is ut paululum uiuūm lucra-
 bor. & totius uite labores ad
 dicam breuis uaticio senectutis.
 senectus portus debet eē nō
 naufragium uite superiori
 Non te negabo lex patria. non
 abiurabo uos scā instituta
 maiorū. non de colorabo uos
 infule sacerdotes. non te

pfidie puluere turbabo ca-
 nitie. Quid multa. in mori-
 endo tormentis factus est
 ceteris magister uī p̄seueran-
 tiæ. qui electus erat ad infir-
 mitatis exemplū. Beatus igitur
 in quo non potuerunt
 tormēta rationē uincere.
 Annon beatus qui non potuit
 uirtute animi uictor eē poe-
 narum. pietatis q; remigium
 seruare integrā intantis
 fluctib; passionē. Post ipsū
 statuti sunt septē pueri cū
 matre insultare licet tyran-
 no. quidū callide a se ne inci-
 piendum putat magistrum
 elegit. quod discipulos faceret
 fortiores. quorū uelut pueri-
 lem aetate p̄remis puocabat
 ad culpā. urguebat se erro-
 ribus ad formidinē. At illi
 non degeneres tanto duce
 respondent. Quid contemp-
 nis uel cir cū scribis ut pue-
 ros sed fides cana est. sed uali

da disciplina. & perire certe subice quibus placet pornis puerilia uiscera mea. non inuenies. corda puerilia. nec potentiores erunt tormentorum machine. quā legitime obseruationis excubię quę uicit senectus. superabit aemula senectutis pueritia. sequimur patrē fili discipuli doctorem. Collige suppliciorū instrumenta proposita. meditationē patientię non terrorē iusticie adferunt dū uidentur. Ius sit maximū natū elegi. At illeridens recte inquit nature ordinem seruas. sed cur di legem temerandā putas. & pietate quidem omnes maximi sumus. Sed tamen ame inchoatum gaudeo. quod queris tyranne. confiteor nos summo dō seruire. & doces quid agere debeamus. sicut tanta pertinacia uis extorquere ueritatem.

cur non omni uirtute nos eam tenendā putemus. quid plura adhibentur uariarū genera poenarū. Sed uicit pietas immanitatis furorē. Exclusa ē anima non religio. Secundus accessit. nec degenet frīs munia pie confessi onis impleuit. & eū detraheretur membrana capitis. Aufertis quidem membranā sed habeo glaleam spālem quam non potestis auferre. & uere nemo auferre hanc glaleam potest. sicut postea apłs docuit in ecclā dñi. Quia cap uir xp̄s ē. & eius sumus membra. recte puer istā diuino spū doctrinā apłicā prę uidebat. Exuebant in manes bestiarum capitis. & parclalicis feritibus se uiebant. At ille deficiens quā dulce est inquit mori pro religione quā suauis omnis acerbitas mortis pp̄ ietate. quia

manet horum remuneratio
 laborū. Tuasunt rex grauior
 tormēta tutius uehementius
 torqueris supplicis. quia
 uides te uinci in potestate.
 & hoc defuncto tertium sta
 tui sibi uis sit. & cū eum par
 tim temperaret insidiis. Par
 tim cuperet terrore pcellere.
 Respondit ad eū. Non
 faciam uoluntatē tuam nec
 subcumbam imperio tuo.
 Per beatā illā fratrum passio
 nem & nobilem uitam non ne
 gabo piā germanitatem
 que uis adhibeto supplicia
 quibus magis urgeas. Hoc
 proficies asperitate poenarū
 ut maiora testimonia nrē
 germanitatis accipias. Iussit
 itaq; & linguam amputari.
 At ille exclamans. Victus es
 inquit anthioce qui orga
 num uocis absē. diu
 bes confessus es te respon
 dere non posse rationi.

Maioraq; probas lingue nrē
 nrē flagella quam tua uerbe
 ra. Nos enim tua uerba non
 timemus tu nrē uocis flagel
 lanon potes sustinere. sed hec
 flagella peccatis sunt. tua
 flagella pfidie. sed & iam lin
 gua sublata grauius te suo
 cadens murmure flagellauit.
 Tu adere te putas anthioce
 si uocē eripias & tacentes dī
 audit & magis audit. Ecce
 aperui os meum laxaui linguā
 meā abscede linguā. sed non
 abscedes constantiā. Non uir
 tutem auferres non rationē
 obliterabis. non eripies testi
 monium ueritatis non eripi
 es cordis clamorē. Si linguam
 amputetur sanguis clamabit
 & dicetur tibi. Vox sanguinis
 fr̄is tui clamat ad me. Audit
 enī sanguinis uocē qui audit
 internas cogitationes. tene
 bre licet operiant & parie
 tum septa circumdant. Dicit

impus quia nullus sibi testis
 adfistat. Exemplo ret uni
 uersa. uidet omnia deus. nec est
 aliquod facinus quod por
 sit latere omnium iudicem.
 qui cognoscat uniuersa an
 tequam fiant. Quod uerba
 damus. loquaciora sunt uul
 nera. & si uulnera tegantur.
 & si abscondatur cicatrix.
 non absconditur fides. nec
 tamen plaudas quod claufe
 rendo linguam confessione
 laudis eripias. satis iam deum
 sermone laudauimus. nunc pas
 sione laudemus. & hoc per
 empto. ius sit quartum um
 cir ad rotam. ut eius uertigi
 ne membris omnibus sol
 ueretur. At ille cum torque
 retur inmaniter dissoluit
 inquit corporis membra.
 sed adiungis gratiam passi
 oni. nec eripis solacium mor
 ti. Est enim uox tonitruum in
 rota. quia in bono & in offen

sa uita istius cursus celestis re
 sultat oraculum. sicut in iohan
 ne & iacobo tonitruum filius.
 resultabat. Itaque illud quod
 legitur nunc manifestius recog
 nosco. quia rota intra rotam
 currit. nec impeditur.
 Teres enim uita sine ulla offen
 sione. in qua uis passione uer
 satur. & intra haec quoque ro
 ta currit. Currit lex intra
 gram. & obseruantia legis in
 trahit uinculum curriculum miseri
 cordiae est. Nam quomodo magis uol
 uitur plus probatur. Potius est
 hic ab impiis aduersari tolerare
 ut tibi ad domino consolationem
 inuenire possimus. & iste cum
 summans cursum suum adrupit
 spiritum animamque uictor effudit.
 Quintus cum sisteretur ceso
 prius eidem ignes ius sit ad
 moueri. subici incendia. Ma
 nabat euulneribus cruor &
 effos sis ulceribus sanguis effu
 sus. ipsos flammarum extingue

bat globos. At ille inter igniū
 crepitus audiebatur dicens.
 grās tibi dñe quod dedisti no
 bis dicere. Transiuimus p̄ ignē.
 & sicut alibi idē dicit tuus p̄
 feta. Igne nos examinasti. sicut
 igni examinatur argentum.
 Adstabo tibi sicut aurū purgat
 incendio. & si quid fuit culpe
 ignis excusit. Itaq; & iste trans
 figuratus a corruptela. ad in
 corruptionē uitā exhalauit.
 Sexto quoq; ad nota tormētā.
 At ille noluit frustra errare
 & tuē hoc adscribere potesta
 ti. quod ista aduersum nos ex
 erceas. N̄ rōrū hoc delictorū
 est p̄tium. ut peccantes pu
 niāmur. & grās dño quod hic
 a nobis duplicia peccata exigun
 tur. ut ibi nobis consolatio de
 feratur. Grās autē & tibi. quā
 tā durus & inimicus es ut ata
 libus nr̄is supplicis. dñs in
 quē peccauimus gentimā
 p̄pitius fiat. Nos quoque

ableuamus aerumnā dū fi
 dei passionibus delectamur.
 & iste durus atq; asperis dila
 ceratus supplicis. adpositus
 est ad fr̄es suos. Super erat
 iunior ex fr̄ibus & iam pude
 bat antiocū immature. ae
 tate ita se fuisse ludibrio. Itaq;
 dolis eum desiderans circum
 scribere. pollicebatur hono
 res. diuitias. amicitia suam
 confortia secretorū. At ue
 ro piamater. monebat filiū
 dicens. & huic sicut ceteris.
 Nescio quē admodum in ut
 rum meū intro istis. neq; ego
 sp̄m donauuobis neq; membra
 formaui. sed haec om̄p̄tis di
 munera sunt. Putauit anti
 thocus uidens matrem solli
 citam. quod saluti eius ti
 meret. ipsi quoq; suadere
 coepit. ut filium ab intena
 one reuocaret. At illa
 uoce patria dicebat filio.
 Tu solus fili super es. summa

uotorū meorū. tu post tre-
 mus clausisti partus mī. tu
 postremus conclude gaudi-
 a mea miserere mei. quate-
 in utero tot mensuum cur-
 ricula portavi. ne uno momē-
 to confundas senectutem
 meam. ne decolores tot fra-
 trū tuorū tropea ne sacrū
 eorū comitatus relinquas. ne
 consortium deseras te adhuc
 isti expectant triumphū. Aspi-
 ce in celum unde auasisti spm̄
 ad patrem omnium. aspice
 in terrā. que tibi ante alimo-
 nam ministravit. aspice ad
 frēs qui collegā requirunt.
 Aspice ad matrē que tibi lac
 dedit redde mercedem
 pūsā sanguinis. noli a frīb;
 noli a matre diuelli. Tempo-
 rales opes sunt quas pmit-
 tit antiochus. Temporales
 honores ppetua corona que
 ad dō omnipotentē defertur
 Vos mihi septem dierū lumi-

na dñs dedit sextū iam diē
 clausi & omnium operabo-
 na ualde. debes mihi fili
 utque in illis sex laboravi
 uite requiescā septimo.
 tamquā a seculi iam operib;
 feriata. itaq; p̄cipiens se
 iuuenis ait. Quid sustinetis
 & multa uociferans quod ne
 quaquā diuelli posset a fra-
 trū consortiis quorū multo
 beatiora essent funera quā
 regis imperia. Cum in gue-
 re conuicis regem. & ipse
 acerbis excruciatu tormentorū
 generibus uite huius
 munus absoluit. Nouissima
 mater oblata ē nec. Quis hanc
 beatā neget que quasi septē
 uallata muneribus inter cor-
 pora filiorum nullum sensit
 mortis incursum. Quis in quā
 de eius dubitet beatitudine.
 que septē filius cincta sacra-
 tis simū dō quorū non solum
 canorū uocibus. sed & iam p̄ as

sionibus ad continendas dñi
 laudes. celestibus inuexit al
 taribus. Quā bonus fidei par
 tus. quantum portus iste
 pietatis. quā splendida lucer
 na ecclē. septeno fulgens lu
 mine. & octauo utero cune
 tis oleum luminibus submi
 nistrans. De quibus pulchre
 dicitur. Date partem illis
 septem & illis quidem octo
 eo quod in utroque numero
 consortium grā consequan
 tur. In lege nutriti p grām
 coronati septem tanquā in
 sablato. octo tāquā in euā
 gelio. Pia mater supplemto
 passionis adiuncta. quae in ta
 libus filius integram pietatis
 formā & parturuit & pepe
 rit. Recurrunt in memoriā
 sermones scē femine dicen
 tis ad filios. Ego uos genui.
 ego uobis succum lactis infu
 di. nolite urām nobilitatē
 pdere. sic alie matres reuo

care amar tyrio solent fili
 os non uocare. At ista in hoc
 maternū ponebat affectū
 si filius uitā magis perpetuā
 quā temporalem suaderet
 Spectabat itaq; mater filio
 rum placetamina. quāuis
 maternorū uiscerū compas
 sione quateretur. pietatis
 studio premebat dolorem.
 & offerente antiocho cū pos
 set salutē eligere filiorum
 malebat periculū. compres
 sisq; nature gemitib; poe
 nas filius optabat augeri.
 ut mors citius adppinqua
 ret. Videmus conuersa uo
 tamatris in filios. ne quem
 sup stitē dereliqueret. sed
 omīs pie coherede **o** s mor
 tis adquireret. sed nec filii
 minores tali parente quise
 inuicē cohortabantur.
 Quidicebant uno studio
 & quadā animorū acie mor
 tis aduersē impetū potera

nus. Tunc in uenit cum
 fuerit mortui. Nemo pie
 tate certine de re linquat
 non se subtrahat p̄loru
 hū. Non hominū sectio
 animas deuouimus n̄
 tū. sed laudari omniū
 gunt. Tali hęc pugna
 gloriosius uerit
 dicitur fuerit occisio
 p̄tuit. nemore
 Nihil scit fū
 morte p̄gior fut.
 hominū tanquā aduimor
 lictatū uiam. ita aduimor
 certū supplicia cucurrunt
 ter consona cernens
 iniqua. tanquā pia
 umbra corporis
 nobis fuit. & artus
 non dicitur sibi sibi
 non laborat filii
 non laborat mortui
 sup̄nat aduimor
 tur corporis uo
 laborat uo capi

mus. Tunc enī uiuemus cum
 fuerimus mortui. Nemo pie-
 tatis ordinē derelinquat
 nemo se subtrahat p̄liotriū
 phali. Non hominis sed dō
 nrās animas deuouimus. n̄
 hominis sed auctori omnium
 militamus. Talis hæc pugna
 ē. ut ille gloriosius uicerit
 qui crudelius fuerit occisus.
 Itaq; nemo timuit nemo tre-
 pidauit. Nullus ex tot fr̄i-
 b; ad mortē pigrior fuit.
 sed omnes tamquā ad inmor-
 talitatis uiam. ita ad mortē
 p̄ acerba supplicia cucurrunt.
 Ut mater consona cernens
 filiorū agmina. tamquā pia
 animas sui membra corporis
 in filius offerebat. & artus
 proprios uidebatur sibi subi-
 re tormenta. Cadebant filii
 tormētis exulcerati. mortui
 super mortuos aduoluebantur.
 corpora super corpora uo-
 luitabantur. capita super capi-

ta exsecabantur. refertus lo-
 cus erat cadauerib; filiorum
 Non fleuit mater. non lam-
 tata est. non oculos cuius-
 quā pressit aut ora morien-
 tis. non lauit uulnera. Sciens
 gloriosiores eē. si euis cerati
 & concreti pariter puluere
 & sanguine uiderentur.
 quales solent tropæa ex hos-
 tibus reportare. Non super-
 iacienda uelamina. non pro-
 sequendus ex sequias. nisi
 sue quoque comitatu mor-
 tis arbitrata est. que citata
 dulciores ederet cantus. quā
 morientes filii in tam graui-
 bus supplicis ediderant.
 Erumpebat enī nature ge-
 mitus. & inuitis expectares
 porchinē. P̄ emptorū cada-
 uera. sicut fila chordarū au-
 dire septa chordū psalteri-
 um triumphalibus gemiti-
 bus resultare. Non sic inle-
 cebrosi illud aiunt. Cantus
 de bello redire uictores quales solent

sirenū traherent audientē
 illi enim ad naufragium tra-
 hebant isti ad sacrificiū ue-
 toriam. Nec sic cyneacar-
 mina aures animūq; mul-
 cerent. Cyneienī naturae
 sorte moriuntur. istimo-
 riebitur amore pietatis
 Non sic rauca resonant. secre-
 to in memore columbarum
 murmur aut ultima uer-
 ba morientū. cum sūma
 suauitate resonabant.
 Nec sic luna inter stellas
 refulget ut inter filios
 mater & cum eos ad marti-
 rium in luminatura dedu-
 ceret refulgebat & cum
 amplexa uictores iaceret
 in medio filiorum. O uera
 mater adamante fortior
 melle dulcior. flore fla-
 grantior. O in diis solubile
 pietatis uinculū. O uere
 ualida caritas. sicut mors
 dura. sicut inferi zelus de-

uotionis ac fidei nulla tan-
 tarum diluina passionum
 tuam potuerunt carita-
 tem excludere. nulla unda
 re eam flumina tantarū
 acerbisatum. Sicut in illo
 arcamundi diluuiū toti-
 us orbis spatius innocua
 ferebatur. ita & tu aduer-
 sus fructū. tam grauium
 possessionū pietatis immobi-
 lis restitisti & cū posset salu-
 tem filiorū eligere nolueris
 Quo affectu psequar uos scē
 matres pia pignora. quo pi-
 ni illo sermonis mei descri-
 bam forme uirū & animarū
 similitudinē. stecistis inter
 exercitus regios quibus totus
 fuit orbis terrarū sub iactis
 quos india quoq; in extrema maris
 secreta refugiens declinaū. & so-
 lide rege supbo. sine bellico con-
 fluctu uictoriam reportastis
 vicerunt in uobis sola arma
 pietatis. dedit poenas tyran-

nus & quos non potuit uincere. & quia atrocius emptus est morte. **FINIT DE IACOBI
ET BEATI LIBER II.**

INCIPIT DE CECO SENATO.

Audisti frater lectionem euangelii in qua decursum est quod proterius dominus ihesus uidit a generatione caecum. Ergo nec nos quidem proterire debemus quem proter eundem dominus non putauit. Presertim cum a generatione caecus fuerit quod non otiose est positum. Est enim caecitas quae plerumque uigilantibus aciem obducit oculorum eademque temporis spatio mitigatur. Est caecitas quae humorum infusione generatur ea quoque uti plerumque sublato medicis arte depellitur ut cognoscat quod iste sanatur.

qui a generatione sua caecus est non a parte sed a potestate. Donauit enim dominus sanitatem non medicina exercuit eos enim sanauit dominus ihesus quos nemo curaret; quae stolidi autem iudei quum interrogant. hic peccauit an parentes eius debilitatis corporum referentes ad meritum delictorum. & ideo dominus neque hic peccauit neque parentes eius sed ut manifestaretur opus ad in illo. Quod enim naturae defuit creatori competit reformare qui auctor naturae est. Unde addidit. Cum in hoc mundo sum lux sum mundi huius. Hoc est omnes possunt uidere qui caeci sunt sine lumine requirant. Accedite & uos & illuminamini ut uidere possitis dominum. Deinde quid sibi uult quod hic qui uita refundebat unperio salutem procepto dabat dicens. Mortuus es a se

ras. & egres sus est lazarus dese
 supulchro dicens. paralitico
 surge & tolle grabattum
 tuum & surrexit paraliticus
 & coepit grabattū ipse por
 tare in quo solutus membris
 omnib; portabatur. quid in
 quam sibi uult. quod ex puit
 & fecit lutū & sup iunxit oeu
 los cecū & dixit ei. Vade laua
